Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ital. G. 96

Voull. 632.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hiermit zusammengebunden war das Werkchen:
Richardi de Buri liber de amore librorum qui dicitur Philobiblon. mit der Angabe am Schlusse:
Impressus Colonie anno dni M.CCCC.LXXIII.
welches an die Universitäts-Bibliothek zu Bonn abgegeben worden.
Dasselbe war mit denselben Typen und genau wie das vorliegende gedruckt.

Ein anderes Exemplar des Richardus de Bury, Coloniae 1473, ist angebunden an [Rolevinck] Sermo de praesentatione B. M. V.

Pr. Th. I. 693.

16/8 04 C. N.

Ital. G. 96

Prologus lotharij poſtea pape inocencij ter
cij qui fuit lucerna iuris et doctor doctorū in li
brū ſuū ſequentē incipit feliciter

Domino patri cariſſimo portuenſi epō
lotharius indignus dyaconus. Grām
in p̄ntī et gloriā in futuro. Modicum
ocij q̄d inter multas anguſtias nup ea quam
noſtis occaſione captaui nō ex toto michi pre
terijt ocioſum ſʒ ad deprimendam ſupbiā que
caput eſt oīm viciorꝝ vilitatē humane ɔdiciōis
viteqʒ deſcripſi. Titulū q̄ʒ preſentis opuſculi
veſtro noī dedicaui rogans et poſtulans ut ſi
quid ī eo veſtra diſcretio dignū inuenerit diui
ne gracie totū aſcribat. Si vō vr̄a paternitas
ſuggeſſerit vilitatē humane nature deſcribam
criſto fauente quatenus ita per hoc humilit̄
elatus ut per illud humilis gratuletur.

Liber p̄mus inocencij de miſeria hūane ɔdicōis Cap̄ p̄mū

Quare de vtero matris egreſſus ſū ut
viderē laborē et dolorē: et ɔſumerent
dies mei. Si talia locutus eſt de ſe
ille quem d̄s ſanctificauit in vtero.
qualia loquar ego de me quē mater genuit in
peccato. Heu me dixerim mater mea. qꝛ me ge
nuiſti filiū amaritudinis et doloris. Quare nō
ī vulua mortuus ſū. egreſſus ex vtero nō ſtatī

perij. Cur acceptus genib9 . lactatus vberib9 :
natus in ꝯbuſtionem et cibum ignis . Vtinā i
terfectus fuiſſem ī vtero matris vt fuiſſet m̄
mater mea ſepulchrum. et vulua eius concep
tus eternus Fuiſſem enim quaſi non eſſem de
vtero tranſlatus ad tumulum . Quis ergo det
oculis meis fontem lacrimarum vt fleā miſe
rabilem humane condicionis ingreſſum . culpa
bilem humane conuerſacionis progreſſū . dāp
nabilem humane diſſolucionis egreſſum . Con
ſiderandum ergo cum lacrimis de quo factus ē
homo quid faciat homo . quid futurus ſit homo
Sane formatus de terra . conceptus in culpa :
natus ad penam . Agit praua que non licent : t
pia que non decent . vana que non expediunt
Fiet cib9 ignis . eſca vermis . maſſa putredinis
Exponam id planius : ediſceram plenius . For
matus eſt homo de puluere . de luto . de cinere :
q8q3 uilius eſt de ſpurciſſimo ſpermate . con
ceptus in prurītu carnis . in feruore libidinis ī
fetore luxurie . q8q3 deterius eſt in labe peccati
Natus ad laborem . dolorem et timorem . q8q3
miſerius eſt ad mortem . Agit praua quibus
offendit deum . offendit proximum . offendit
ſeipſum . Agit turpia quibus polluit famam :
polluit perſonam : . . . . . . . . .

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

polluit ↄſcientiā· Agit vana quibꝫ negligit ſe
ria·negligit vtilia·negligit neceſſaria Fiet ci
bus ignis qui ſemꝑ ardebit ⁊ vret inextingui
bilis·eſca vermis qui ſemꝑ rodet ⁊ comedet im
mortalis· maſſa putredinis que ſemꝑ fetet et
ſordet horribilis· De vilitate materie ca ij·

Formauit igit̃ dñs deus hoīem de limo t
re·que ceteris indignior eſt elemētis· Pla
netas et ſtellas fecit ex igne· flatus et ventos
ex aere· piſces et volucres ex aqua· hoīes et iu
menta fecit de terra· Conſiderās ergo homo aq̄
tica ſe vilem īueniet· conſiderās aerea ſe viliorē
cognoſcet· conſiderās ignea ſe viliſſimū reputa
bit· nec valebit ſe pacificare celeſtibꝫ nec aude
bit ſe preferre terrenis· quia parem ſe iumētis
inueniet et ſimilem recognoſcet· Unus eſt ho
minū et iumentoꝝ īteritus et equa vtriuſqꝫ cō
dicio et nichil habet homo iumento amplius·
de terra orta ſunt et in terrā pariter reuertētur
Verba ſunt iſta nō cuiuſlibet hoīs ſꝫ ſapientiſ
ſimi ſalomonis· Unde et iob ait· Quid eſt ho
mo niſi lutū et cinis· Hinc enī homo dicit ad
deum· Memento queſo ꝙ ſicut lutū feceris me
Hinc et deus inquit ad hominem· Cinis es et
in cinerem reuerteris· Unde iob· Compatus ſū
luto· ⁊ aſſimilatus ſum fauille et cineri· Lutum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

efficitur ex aqua et pulùere vtroqꝫ manente Cinis autem fit ex igne et ligno: vtroqꝫ defici ente. Expreſſum miſterium: ſed alias exꝓmen dum. Quid ergo lutum ſuperbis, de quo pul uis extolleris, vnde cinis gloriaris.

De vicio concepcionis. capitulum tercium.

AT illud forſitan reſpondebis q̄ adā ipſe fuit de limo format⁹ ꝛ tu autē ex humāo ſemine procreatus. At ille fuit format⁹ de ter ra. ſed virgine: tu vero procreatus de ſemine. ſꝫ immūdo. Quis enim poteſt facere mundum de immundo conceptū ſemine. Quis eſt homo vt immaculatus ſit et iuſtus appareat. natus de muliere. Ecce enim ī iniquitatibus conceptus ſum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Nō in vna tantum iniq̄tate nec in vno tantum de licto: ſed in multis iniquitatibus et in multis delictis, ſcilicet alienis ꝛ ꝓpriis. Eſt enī duplex ↄcepcio: vna ſeminū. alia naturaꝝ. Prima fit ī ↄmixtis: ſecūda ī ↄtractis. Parentes enī ↄmiſ cēt in ꝑma: ꝓles ↄtrahit̄ in ſecūda. Quis enī neſciat ↄcubitum eciā ↄiugalē oīno nō ↄmitti ſine pruritu carnis. ſiue feruore libidinis. ſiue fetore luxurie. Vnde ſemina concepta fedant̄ maculāt̄ ꝛ viciāt̄: ex q̄b⁹ aīa tandē īfuſa cōtra hit labem peccati. maculā culpe. ſordē īiq̄tatis

Sicut eni ex vaſe corrupto liquor infuſus cor
rumpitur: et pollutum ↄtingens ex ipſo ↄtactu
polluitur. Habet eni anima tres naturales po
tencias ſiue naturales vires. rationalem ut diſ
cernat inter bonū et malū. iraſcibilem ut reſi
tet malum. concupiſcibilem ut appetat bonum.
Iſte tres vires tribꝫ oppoſitis vicijs originali
ter corrūpuntur. vis rationalis p ignorantiā.
ut non diſcernat inter bonū et malū. iraſcibil
p iracundiā ut reſpuat bonū. concupiſcibilis p
concupiſcēciam ut appetat malum Prima gin
gnit delictū. vltima parit peccatum. media de
lictū generat et peccatū Eſt enim delictū non
facere faciendū. peccatū autē agere non agen
dū. Hec tria vicia ↄtrahuntur ex carne corrup
ta p tres naturales illecebras. In carnali quip
pe cōmercio rationis ſopitur intuitus. ut ſemie
tur ignorātia libidinis. irritatur pruritus car
nis ut iracundia ꝓpagetur. voluptatis ſaciat
affectus ut ↄcupiſcēcia cōtrahat. Hic eſt tirā
nus carnis. hic rex membrorū. fomes peccati
languor nature. pabulum mortis. ſine quo neō
naſcit ſine quo nullus morit. qui ſi aliqñ tranſ
it reatu ſemp remanet tamen actu. Vnde iohā
nes in eplā. Si dixerimus quia peccatum nō
habemus nos ipſos ſeducimus ⁊ veritas in nob

non eſt O grauis neceſſitas et infelix cõdicio Antequam peccemus peccato ↄſtringimur et añ quam delinquamus delicto tenemur Unde apoſto lus Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit et per peccatum in omnes homines mors ptranſijt Ezechiel patres noſ tri cõmederunt vuam acerbam et dentes fili orum obſtupeſcũt ¶ Quali cibo nutriatur cõcep tus in vtero matris capitulũ quartũ

Attende quo cibo ↄceptus nutriatur i vtero profecto ſanguine mẽſtruoſo qui ceſſat in femina poſt conceptum vt ex eo conceptus nutriatur Qui fertur eſſe tam deteſtabilis et immũdus vt ex eius ↄtactu fruges nõ germi nẽt areſcãt arbuſta moriantur herbe amittãt arbores fetus ſi canes inde ↄmederĩt in rabiẽ efferantur Cõcepti fetus viciũ ſeie ↄtrahũt ita vt leproſi et elephãtici ex hac corrupcõne naſ cãtur Unde ſecũdum legẽ moſaycã mulier que mẽſtrua paciebatur immunda reputabatur Et ſi quis ad menſtruatam acceſſerat iubebatur in terfici propter immundiciam menſtruorũ pre cipitur vt mulier ſi maſculum pareret quadra ginta diebus ſi vero feminam ſexaginta a tẽ pli ceſſaret ingreſſu ¶ De imbecillitate ĩfan tis Capitulum octauum quĩtũ

Quare ergo data eſt miſero lux et vita· q̄m
hic eſt in amaritudine anime ſue· Felices
illi qui moriuntur anteq̄ȝ oriantur: prius mortē ſen
tientes q̄m vitam ſcientes· Quidā enim tā de
formes et prodigioſi naſcuntur ut non homies ſȝ
pocius monſtra videantur· quibȝ forte melius
fuiſſet preuiſum ſi numq̄ȝ prodiiſſent ad viſū· q̄m
ut monſtra monſtrantur et habentur deriſui·
Plerịqȝ v͛o diminuti membris et corrupti ſen
ſibȝ naſcuntur· amicoꝝ triſticia parentū infamia
propinquoꝝ verecundia· Quis hec particularit
de quibuſdā dixerim; tamen generaliter omēs
ſine ſciencia ſine verbo ſine virtute naſcuntur·
Flebiles debiles ⁊ imbecilles parū a brutis di
ſtantes īmo minus eciam in multis habentes·
nam illa ſtatim ut orta ſunt gradiuntur· nos au
tē non ſolum erectis pedibȝ non incedimus· ve
rū eciam manibȝ incuruati non reptamus·

De dolore partus ⁊ eiulatu naſcentiū· ca vi·

Omnes naſcimur eiulantes ut nature miſe
riā exprimamus· Maſculus eni recēter na
tus dicit a. femina e· Dicentes e vel a quotq̄t
naſcuntur ab eua Quid eua niſi eu a· vtrūqȝ do
lentis eſt interiectio· doloris exprimēs magni
tudinē· Hec enim āte peccatū virago poſt pec
catū eua meruit appellari· ex q̄ ſibi audit dictū

In dolore pies Non eſt dolor ſicut pturientis
Vnde rachel pre nimio dolore partus iterijt·et
moriens vocauit nomē ſui filij bennō id eſt fili
us doloris Vxor phinees ſubitis doloribꝰ irru
entibus peperit ac ſimul iterijt·et vocauit fili
um ſuum ycaboth · Mulier vt naufragus cum
parit triſticiā habet · cum vero peperit maſcu
lum · iam non meminit preſſure pre gaudio
quia natus eſt homo in hunc mundum · Conci
pit ergo cū immūdicia et fetore·parit cū triſti
cia et dolore/nutrit cū āguſtia et labore/ cuſtodit
cum inſtancia et timore · ¶ De nuditate naſ
centis·capitulum ſeptimum

Nudus ingreditur et nudus regreditur·pau
per accedit et paup recedit Job inquit
Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee/nu
dus reuertar illuc· Apoſtolus · Nichil intu
limus ī hunc mundum·haud dubium eſt quia
nec quid auferre poſſumus Si quis autem in
dutus ingreditur; attendat quale deferat in
dumentum· Turpe dictu·turpius auditu·tur
piſſimum viſu · Fedam pelliculam·ſanguine
cruentatam · Hec eſt illa maceria·de qua tha
mar īquit in partu Quare diuiſa eſt propter
te maceria·et ob hanc cauſam vocauit nomen
eiꝰ phares etc· ¶ Quē fructū pducat hō·c viij

Uis ſcire que ſit humane cõdicionis indig
nitas: herbas et arbores inueſtiga. Ille de
ſe ꝓducunt flores et frondes: tu de te ꝓducis
lendes pediculos et lũbricos Ille de ſe ꝓducũt
oleum vinũ et balſamũ; et tu de te ſputum vri
nam et ſtercus. Ille de ſe ſpirant ſuauitatẽ odo
ris: et tu de te reddis abhominationem fetoris
Qualis eſt arboꝛ talis eſt fructus. non poteſt
enim arboꝛ mala fructus bonos facere/nec cõ
tra. Quid eſt homo ſecundũ formã niſi arboꝛ
euerſa cuius radices ſunt crines. truncus eſt
caput cum collo. ſtipes eſt pectus cũ aluo. rami
ſuut vlne cum tibijs. frondes ſunt digiti cum
articulis. Hoc eſt foliũ quod a vento rapitur.
et ſtipula que a ſole ſiccatur.

## De varijs hominũ ſtudijs. capitulũ nonũ.

Currũt et diſcurrũt moꝛtales ꝑ ſepes ⁊ ꝑ
ſemitas/et aſcendunt montes et tranſcẽ
dunt colles/ tranſuolant rupes et ꝑuolant al
pes. tranſgrediunt̃ foueas/ingrediuntur cauer
nulas. rimantur viſcera terre/ profunda maris.
opaca nemoris/inuia ſolitudinis. exponunt ſe
ventis et ymbribus tonitruis et fulminib; fluc
tibus et ꝓcellis/ruinis et precipicijs. metalla
cudunt et conflant/lapides ſculpunt et poliũt.
ligna ſuccidunt et dolant/ telas oꝛdiuntur et

texunt veſtes incidunt et conſuunt Edificant
domos plantant ortos extollunt agros paſti
nant vineas incendunt clibanos exſtruūt
molendinas piſcantur venantur aucupantur
meditantur et cogitant conſiliantur et ordi
nant et querulant litigant et diripiunt et
furantur decipiunt et mercantur contendunt
ꝛ preliantur atque innumera talia faciunt vt
opes congerant vt queſtus multiplicent vt
lucra ſectentur vt honores acquirant vt dig
nitates extollant vt poteſtates conſcendant
Et hoc quoqꝫ labor ꝛ mentis afflictio Si au
tem michi non credit͛ ſalomoni credat͛ dicēti
Magnificaui ĩquit opera mea edificaui domos
et plantaui vineas ĩfeci ortos et pomeria et
conſeui fructus omnium generum arborum
Extruxi michi piſcinas aquarum vt irriga
rent ſiluam lignorū germinanciū poſſedi ā
cillas et ſeruos multamqꝫ familiam hominū
Armēta quoqꝫ ꝛ magnos ouium greges vltra
omnes qui ante me in iheruſalem fuerunt et
cetera Cumqꝫ conuertiſſem me ad vniuerſos
labores in quibus ſudaueram fruſtra in omni
bus vidi vanitatem ꝛ afflictōnem aī ꝛ nichil
ꝑmanē ſub ſole ¶ De breuitate vite c xii
In ꝑmordijs huāe ꝯdicōis hoīes nōgētis

annis vixiſſe leguntur: ſʒ paulatim vita hoīs
declinante dixit dn̄s ad noe. Non pmanebit
ſpiritus meus in homine in eternū quia caro ē
eritq; dies illius centū viginti annoꝝ. quod
intelligi poteſt tā de termino vite q̄ de ſpacio
penitendi. Ex tunc rariſſime homines legunt̄
plus vixiſſe. ſed cū magis ac magis vita reci
deret̄ humana dictū eſt a pſalmiſta. Dies an
noꝝ noſtroꝝ in ipſis ſeptuaginta āni. Ut autē
paucitas dierū noſtroꝝ finiet̄ breui. dies mei
velocius tranſeunt q̄ a texente tela ſucciditur
Homo natus de muliere breui viuens tempore:
repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egre
ditur et conteritur et fugit velut vmbra: et nūq̄m
in eodē ſtatu pmanet. Pauci ſunt qui ad qua
dragīta: pauciſſimi q̄ ad ſexaginta annos pue
niunt. ¶ De incōmodo ſenectutis. ca. xi.

Si quis autē ad ſenectutē proceſſerit ſta
tim cor eius affligitur. caput concutitur. lan
guet ſpiritus/ fetet anhelitus/ facies rugat̄/ na
tura curuatur/ caligant oculi/ vacillant articuli.
cito credit/ tarde diſcredit/ nares effluūt/ crines
defluūt/ tremit tactus/ deperit actus/ dentes pu
treſcūt/ aures ſurdeſcunt. ſenex facile ꝓuocatur/
difficile reuocatur/ tenax et cupidus/ triſtis et
querulꝰ/ velox ad loquend/ tardus/ ad audiend/

ſed non tardꝰ ad irã. Laudat antiquos ſper
nit modernos. vituperat preſens. ↄmēdat pre
teritū. ſuſpirat et anxiat᷑. torpet ⁊ infirmatur
Audi poetam. Multa ſenem circūueniunt incō
moda ⁊c̄ porro nec ſenex tardꝰ cōtra iuuenes
glorietur. nec iuuenes inſoleſcant contra ſenē.
quia qđ ſumus iſte fuit erimus quandoqȝ qđ
hic eſt. ¶ De labore mortaliuum. capitulum xiĳ

Auis naſcitur ad volandum et homo ad la
borem. Cuncti dies laboribꝰ et erumpnis
pleni ſūt, nec p morte requieſcit mēs eiꝰ. et ex
hoc nōne vanitas eſt. Nō eſt quicq̄ȝ ſine labo
re ſub ſole nec ſine defectu ſub luna. nec ſine
vaītate ſub tēpe Tēpꝰ ē mora motꝰ rex muta
biliū Vanitas vanitatū et oīa vanitas ait ec
cleſiaſtes Et q̄ȝ varia ſūt hoīm ſtudia q̄ȝ diu
ſa ſūt exercicia. vnꝰ ē tam̄ oīm finis ⁊ idē effec
tus ſcilicet labor ⁊ afflictio ſpiritꝰ Occupacio
magna creata eſt hoībus omnibꝰ et iugū g̃ue
ſup omnes filios ade a die exitꝰ de ventre ma
tris eoꝝ vſqȝ ī diē ſepulture ī matrē oīm ¶ De
§ ſtudio ſapientum. capitulū tredecimū

Perſcrutāt᷑ ſapiētes et īueſtigāt alta celi.
lata t̄re. pfūda maris. de ſingul' diſputāt de cūc
tis ptractāt. diſcūt ſp ā docēt. q̄d ex hac occu
pacōe ñ dolorē ſpūs ſp īueīēt Noueat q̄ dixit

Dedi cor meū ut ſcirem prudentiam atqꝫ doc
trinā erroreqꝫ ac ſtulticiā et agnoui ꝙ eſſet
labor et afflictio ſpiritus. eo ꝙ in multa ſapien
cia ſit indignatio: et qui addit ſcientiam appo
nit et dolorem. Licet indagantē multas oporte
at inſudare vigilijs vix eſt tamen quicꝙ̄ tam
vile/ vix aliquid tā facile quod ad plenū intelli
gat/ ad liquidū comprehendat: niſi forſitan ſci
atur ꝙ michil ſcitur pfecte. ꝙ̄ꝙ̄ ex hoc inſolubi
lis queſtio ſequatur. Quid ilibro ſapiē dicatꝰ
Corpus qđ corrūpitur aggrauat animam: et de
primit terrena habitatio ſenſū multa cogitantē
Audi quid ſup hoc ſentiat ſalomō. Cuncte res
difficiles: et nō valet homo eas explicare ſermo
ne. Eſt homo qui diebꝫ ac noctibꝫ ſompnū nō
capit oculis ſuis/ et nullam operū dei poteſt īue
nire rationem. Deficiunt igitꝰ ſcrutantes ſcru
tinio: qm̄ accedet homo ad cor altū et exaltabi
tur deus. Scrutator maieſtatis: opprimetur a
gloria Qui enim magis intelligit magis dubi
tat. et ille videtꝰ ſibi plus ſapere qui magis de
cipit. Pars ſciencie eſt ſcire ꝙ neſcias. Fecit
ergo deus hominem rectū: ſed infinitis ſe īmiſ
cuit q̄ſtionibꝫ. De diūſis anxietatibꝫ c xiiij

Quantum mortales āgit anxietas/ affli
git cura/ ſollicitudo moleſtat/ metꝰ ↄtret/ tremor

abducit|horror cōcutit·dolor affligit|cōturbat
triſticia Pauper et diues·ſeruus et liber·ꝯiu
gatus ⁊ ꝯtinēs·deniqꝫ bonus ⁊ malus·omnes
mundanis cruciatibus affliguntur·et munda
nis afflictionibꝰ cruciant̄·Experto crede magiſ
tro·ſi impius fuero inquit·ve michi·et ſi iuſtꝰ
non leuabo caput meum ſaturatus afflictōne ⁊
miſeria· ¶ De miſeria paupis et diuitis·xv c

Pauperes deprimuntur inedia·cruciant̄ e
rumpna·fama·siti|nuditate vileſcūt·⁊ ꝯ
tabeſcunt|ſpernuntur|et confunduntur O miſe
rabilis condicio mendicantis|⁊ ſi petit pudore
confundit̄·et ſi non petit|egeſtate ꝯſuīt̄·ſꝫ vt
mēdicet neceſſitate ꝯpellit̄·deū dicat īiquū eo
ꝙ nō recte diuidat proximum malignū·eo ꝙ
non plene ſubueniat·indignatur|criminatur/
murmurat|imprecatur·Aduerte ſuper hoc ſen
tenciam ſalomonis ſeu ſapientis·Melius eſt
mori ꝙ indigere·Eciam proximo ſuo pauper
odioſus erit Fratres hoīs paupis oderūt eū·i
ſup ⁊ aīci ſui procul receſſerunt ab eo·Adūte
ſup hoc ſētēciā vniꝰ poete·Cū felix fueris·mł
tos numēab aīcos· Tēpa ſi fuēit nubila ſolꝰ
ēis Itē ꝓ choc dolor ſcdm̄ fortunā eſtiāt̄ pſoñ·cū
pociꝰ ſcdm̄ pſonā fortūa ſit eſtimāda Fortūa
tā bō reputat̄ ut diues·tam mala vt pauper·

tum pocius tā diues reputandus ſit ut bonus. tā malus reputandus ut paup. Diues autē in ſupfluitate reſoluitur et iactancia effrenatur. currit ad libitum et corruit in illicitum. et fiūt inſtrumenta penarū que fuerūt oblectamēta culparū. labor in acquirendo/timor in poſſiden do dolor in amittendo. mentē eius fatigat ſolli citat et affligit. Ubi eſt theſaurus tuus ibi eſt et cor tuū. ſed de hoc plenius in ſequentibꝫ di cemus.

De miſeria ſeruoꝝ et dominoꝝ ca xvi.

Seruus minis terretur/angariis fatigatur/ plagis affligitur/opibꝫ ſpoliatur. quas ſi non habet habere compellit. et ſi habet cogitur nō habere. Culpa domini/pena ſerui. Culpa ſer ui/domini preda. quicquid deliquūt reges/plec tūtur achiui. venatio leonis onagri/ſic paſcua diuitū ſunt pauperes. O extrema adicio ſerui tutis. natura liberos genuit. ſꝫ fortuna ſeruos conſtituit. Seruus cogit pati et nemo ſinit ſibi compati. ſic ipſe eſt ut nemo ſit ſibi. miſeri qui caſtra ſequunt quia miſerū eſt aliena viuē preda. Dominus autē ſi crudelis ē oportet illū vereri ꝓpter ſubiectoꝝ metū. ſi mitis eſt/contin git illum contempni ꝓpter inſolenciā ſuoꝝ ſub iectoꝝ. Metus ergo affligit/ſeuerū. vilitas par uipendit manſuetū. nam crudelitas parit odiū.

familiaritas vero contẽptum Oportet ſemper
eſſe paratum vbiqꝫ munitum vt poſſet malig
nancium inſidias precauere·oppugnancium in
iurias propulſare/hoſtes cohercere· nec ſuffi
cit diei malicia ſua·ſed dies diei laborem eruc
tat ⁊ nox nocti ſollicitudinem indicat/dies er
go in labores ducuntur/et noctes expendũtur
inſompnes· ¶ De miſeria continentis ⁊ cõiu
gati·xvij capitulo·

SI pōt ignis nō vrere·pōt caro nō concu
piſcere·q̃a qñtũcũqꝫ pugnat̃ ille iebuſeꝰ
nũq̃ꝫ ex toto expelli pōt· Nã ſi expellis/ſurri
tam̃ vbiqꝫ recurrẽt Nō capiũt iq̃t iſtud verbũ·
ſꝫ q̃ pōt cape capiat· Vñ cũ deꝰ de ceteris pōtifi
calibꝰ indumẽtis dixiſſꝫ ad moyſẽ ⁊ ad aarō vt
filios eiꝰ inueſtirẽt de ſolis femoralibꝰ nō prece
pit·ſꝫ ait vt ipſi feĩalibꝰ vterẽt dũ ĩgredẽnt
tabernaculũ teſtiõij· Sed ⁊ apl̃s iq̃t· Nolite
fraudare ad inuicẽ ñ forte ↄſẽſu ad tẽpꝰ vt va
cetis deo ⁊ orõni/et iterũ reuertĩmi ĩidipm̃/ne
tẽptet vos ſathãas p ĩcↄtinẽciã vr̃am Meliꝰ ẽ
enĩ nubẽ q̃ꝫ vri Pugñt igit̃ ↄtra ↄtinẽciã ãge
lꝰ ſathãe q̃ crudeliter colaphizat ⁊ carñlit̃ ſti
mulat· ignẽ nature flatu ſuggeſtiõis accẽdit/
manũ appõit/facultatẽ tribuit/oportuĩtatẽ mi
niſtrat pugñ·⁊ ſpẽs ſubito viſa facile ↄcupiſcit̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde cū dauid deambularet ī ſolario domus re
gie videns ex aduerſo bethſabee ſe lauantem e
rat autem mulier pulchra valde. miſit et attu
lit eam et dormiuit cū ipſa. Porro qui cū muli
ere eſt: ſollicitus eſt que ſunt mundi et diuiſus
eſt. Diſtrahitur enim ꝑ multas āguſtias et va
rias ſollicitudines: diſſecatur ſcilicet ut filijs ⁊
vxori famulis et ācillis neceſſaria querat ⁊ ſub
miniſtret. Tribulationē ergo carnis habebūt
huiuſmodi. Vxor enim ↄtendit habere precioſū
ornatum et variam ſupellectilem: ut pluris ſit
ſepe cultus vxoris q̄ cenſus viri vel mariti. ali
quando ꝑ dies ⁊ noctes ſuſpirat/ plangit/ et gā
mit/ et murmurat. Tria enī ſūt que non faciūt
hominem manere in domo: fumus/ ſtillicidiū/ et
mala vxor. Illa inquit ornatior ꝓcedit in pub
licum. hec ab omnibꝫ honoratur: ego miſella in
cōuentu feminarū ſola deſpicior/ a cunctis ↄtēp
nor. Sola vult diligi/ ſola vult laudari. alteri⁹
amorē ſuum aſſerit odiū. alterius laudē ſuū ſuſ
picatur dedecus. Amandū eſt omne qđ diligit.
odiendū eſt omne quod ſpernit. vincere vult
ſꝫ vinci non valet. famulari non ſe patit̄ ſꝫ do
minari ſemꝑ appetit. cuncta vult poſſe ſꝫ nulla
non nolle. Si pulchra fuerit facile adamat̄. ſi
feda facile concupiſcit. ſed difficile cuſtoditur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ᵭ a multis diligitur· et moleſtum eſt poſſide
re q̄ᵭ nemo dignatur habere· Alius forma· ali
us ingenio· alius facecijs alius liberalitate ſol
licitat' et ſicut ex aliqua parte capitur q̄ᵭ vbi
q; laceſſitur· Equus. bos azinus canis veſtis ⁊
lectulus et calix et vrceolus' prius probantur
et poſtea comparantur · Sponſa vero vix tan
dem oſtenditur ne prius diſpliceat q̄ꝫ ducatur.
ſed qualicumq; caſu obuenerit neceſſario eſt
habenda Si feda· ſi fetida. ſi fatua· ſi ſuperba ·
ſi iracunda. ſi q̄tumlibet viciosa' per ſolam for
nicacionē poteſt vxor a viro dimitti· ꝫ dimit
tens · aliam non poteſt ducere · nec dimiſſa a
lijs poteſt copulari · Nam quicumq; dimiſerit
vxorem ſuam niſi obfornicacionem et aliam
duxerit· mechatur · et qui dimiſſam duxerit
mechatur· Qᵭ ſi vxor a viro diſceſſerit manē
debet innupta· aut viro ſuo reconſiliari· ſimili
ter et vir ſi ab vxore diſceſſerit Graue nimis
ē pōdus coiugij Nā ſtult⁹ ⁊ īpi⁹ ē q̄ tenet ad
ulterā· abſq; culpa ſui punit'· q̄niā illa viuēte co
git' ɔtinē p q̄ᵭ diſcipuli xpō dixerūt Si ita ē
cauſa hoīs cū vxore· nō expedit nubē Quis ū
q̄ꝫ eq̄nit potuit ſuſtīē cualē· ſola ſuſpicō zeloti
pū vehēt affligit Nā licꝫ ſcptū ſit· erūt duo ī
carne vnā· zel⁹ tn̄ viri nō p̄tit' duos ī carne vnā.

## De miſeria bonoꝝ et maloꝝ. ca. xviij.

NOn eſt gaudere impijs dicit dñs. per qđ peccat homo p hoc et torquetur. Vermis enim ↄſcientie numq̄ morietur/ et ignis eoꝝ numq̄ extinguetur. Unde hij qui operant̄ iniq̄tatē et ſeminant dolores et metunt eos flante deo. ſciant ſe periſſe in ſpiritu ire et ſe eſſe ↄſūptos. Superbia inflat/ inuidia rodit/ auaricia ſtimulat/ ira ſuccendit/ angit gula/ diſſoluit luxuria/ litigat mendaciū/ maculat homicidiū. ſic et cuncta vicioꝝ portenta. ut que homini ſūt oblectamenta ad peccandū. ſīo ſint inſtrumenta ad puniendū. Inuidus alterius rebꝫ marceſcit opimis. et Inuidia ſiculi non inuenere tiranni maius tormentū. Vicium enim corrūpit naturam ut ait aplūs. quia euanuerunt in cogitatoībꝫ ſuis et obſcuratū eſt īſipiens cor eoꝝ. ꝓpter qđ tradidit illos deus in deſideria cordis eorū ut faciant ea que non expediūt. Sed et qui pie volunt viuere in cristo ihesu. pſecutiones patientur. Sancti nāqꝫ ludibria experti ſunt. inſup et vincula et carceres. lapidati ſunt ſecti ſunt temptati ſunt/ in occiſione gladij mortui ſunt: circuierunt in melotis et pellibꝫ caprinis. egētes anguſtiati/ afflicti quibꝫ dignus non erat mundus. in ſolitudinibꝫ errantes in montibus

et in ſpeluncis et in cauernis terre ꝛc̄ · Juſtus enim abnegat ſeipſū · crucifigens mēbra ſua cum vicijs et concupiſcencijs · vt ſibi mundus crucifixus ſit et ipſe mundo · Nō habet ciuita tem manētem: ſed futuram ſibi inquirit Suſti net ſeculum quaſi exiliū clauſus ī corpore · In cola īquit ego ſum in terra et peregrinus ſicut omnes patres mei remitte m̄ vt refrigerer p̄ us q̄ͣ abeam ꝛ āplius non ero · heu michi quia īcolatus meus ꝓlongatus eſt ꝛc̄ · Quis īfirma tur ꝛ ego non īfirmor · nā peccata ꝓximorum fornaciū ſūt iuſtoꝝ hoc ē irrignū q̄d calef/ aꝑ filie ſue dedit ī dotē · De hoſtibus hoīs c xix

Milicia ē vita hoīs ſup terrā · An non vere milicia eſt/ cum multiplices hoſtes inſi dient vt capiāt/ perſequāt vt perimāt · demō et homo mūdus ꝛ caro · Demō cum vicijs · hō cum beſtijs: caro cum ſenſib9. mund9 cū elemen tis Caro autē concupiſcit adūſus ſpm̄: ꝛ ſpūs ad uerſus carnē Verum nō ē nobis colluctacō tm̄ adūſus carnē et ſanguinem: ſed aduerſus prin cipes et ptātes adūſus mūdi rectores tēbrarū harꝝ: cōtra ſpūalia neq̄cie ī celeſtib9 · Adūſari9 enī nr̄ dyabol9 tāquā leo rugiēs circuit q̄rens quē deuoret Accedūt ignea tela neq̄ſſi/ mors ingredit p feneſtras/ oculus aīam depredatur/

pugnat orbis terrarū contra inſenſatos gētes
contra gentes et regnū aduerſus regnū et ter
remot⁹ magni erūt ꝑ loca peſtilētie et fames ⁊
terroreſqȝ de celo et tēpeſtates. Terra producit
ſpinas et tribulos. aqua procellas et fluctus. a
er tempeſtates ⁊ tonitrua. ignis choruſcatio
nes et fulgura. Maledicta inquit terra in ope
tuo. ſpinas et tribulos germinabit tibi. In ſu
dore vultus tui veſceris pane tuo donec reuerta
ris in terram de qua ſumptus es. quia terra es
et in terram reuerteris. Inſidiatur aper de ſil
ua. et ſingularis ferus depaſcitur. Lupus et vr
ſus leopardus et leo onager tigris et crocodi
lus. tirus ſerpens coluber baſiliſcus et aſpis.
graphis et draco ſcorpiones et vipere lendes ⁊
culices vermes et pediculi ſciniphes ⁊ pulices
muſce ſcrabones veſpertiliones piſces et volu
cres. et nos qui creati ſumus ut dominemur pi
ſcibȝ maris ⁊ volatilibȝ celi et vniuerſis q̄ mo
uentur in terra. nunc damur illis in predam da
mur in eſcam. ſcriptum eſt enim. Dentes beſti
arū mittam in eos cum furore trahenciū ſuper
terram. De carcere anime. ca. xx.

Infelix ego anima quis me liberabit de corpore
mortis huius. Certe non vult educi de carcere
qui non vult exire de corpore. nā carcer aīe eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corpus de quo dicit pſalmiſta Educ de cuſto
dia animam meam Nuſq̄ enim eſt quies et
tranquillitas: nuſq̄ eſt pax et ſecuritas · Undi
q3 timor et tremor vndiq3 labor et dolor · caro
dum viuit dolebit et anima ſuper ſemetipſam
lugebit · De breui leticia viceſimū p̄mū ca·

Quis vnq̄ aut vnicam ſolam diem duxit
in leticia que ī aliqua parte diei reatus
cōſciencie vel impet⁹ ire vel mot⁹ cōcupiſcēcie nō
turbauerit vel ardor auaricie vel tumor ſupbie
nō vexauerit que aliq̄ iactura vel offenſio vel
paſſio nō cōmouerit que deīq3 viſ⁹ vel audit⁹
vel act⁹ aliquis nō offēderit · Audi ſup hoc ſa
pientē A mane vſq3 ad veſperā mutabit̄ tēpus
Cogitacōnes varie ſuccedūt ſibi et mēs rapi
tur ī diūſa: tenēt tympanū et citharā et gaudēt
ad ſonitū organi ducunt in bonis dies ſuos et
in puncto ad inferna deſcendunt · De imo
pinato dolore · capitulum viceſimum ſecūdū

Semper mundane leticie ſuccedit triſti
cia: et q̄d a gaudio incepit deſinit in me
rore · mundana quippe felicitas multis amari
tudinibus ē reſperſa · Nouerat hoc ille q̄ dix
it · riſ⁹ dolore miſcebit̄ et extrema gaudij luc
t⁹ occupabit · Expti ſūt hoc liberi iobq̄ cū cōme
derēt et biberēt vinū ī domo frīs ſui p̄mogeniti

repente ventus irruit a regione deſerti et con
cuſſit quatuor angulos domus / que corruens
oppreſſit vniuerſos. Merito pater aiebat. Ver
ſa eſt i luctū cithara mea / et organū meū in vo
cem flenciū. Melius eſt ergo ire ad domū luc
tus: q̄ȝ ad domū conuiuij. Salubre conſiliū. In
die bonoꝝ ne imemor ſis maloꝝ / et in die ma
loꝝ ne imemor ſis bonoꝝ. Mēorare nouiſſīa tua
et i eternū nō peccab. De vicinitate mortis C xxiiij

Semp vltimus dies et numq̄ȝ primus an
oculos verſetur / cum ita ſemp viuere dece
at tamq̄ȝ mori ſemp oporteat. ſcriptū eſt enim
memento mori qm̄ mors non tardat / tempora
pretereunt et mors appropinquat. Mille anni
ante oculos morientis tamq̄ȝ dies heſterna q̄
preterijt. Et ſcriptū eſt. ffutura naſcuntur pre
ſentia ſemp moriuntur / et quicquid eſt preteri
tum totū eſt mortuū. Morimur ergo dum viui
mus / et tunc deſinimus mori cū deſinimus viue
re / quia nichil aliud eſt vita mortalis niſi mors
viuens. Vnde ſalomon laudaui inquit magis
mortuos q̄ȝ viuentes et vtroqȝ iudicaui felicio
rem qui nondū natus eſt. Vita velociter fugit
et retineri non poteſt / mors autē inſtanter oc
currit et impediri non valet. Hoc eſt illud mi
rabile qđ q̄nto magis creſcit tāto magis decre

ſcit· quia in quanto vita procedit in tanto ad finem ſuum accedit · ¶ De terrore ſompnioꝝ capitulum viceſimum quartum

Tempus qđ quieti conceſſum eſt non conceditur eſſe quietum· nam terrent ſompnia / viſiones cõturbant· et licet non ſint in veritate triſtia vel terribilia vel laborioſa que ſic ſompniant ſompniãtes· tamen in veritate triſtantur terrentur fatigantur · intantum vt dormientes inde lacrimentur et euigilãtes ſepiſſime conturbentur Si vero iocũdum quid viderint: nichilominus triſtantur tamq̃ȝ illud amiſerĩt Aduerte quid ſuper hoc dicat eliphaȝ themanites· In horrore viſionis nocturne quãdo ſolet ſopor occupare homines pauor terruit me· et timor ⁊ tremor et omnia oſſa mea perterrita ſũt: et cum ſpecies tranſiret me preſente horruerũt pili capitis mei· Cõſidera iob dicentẽ Si dixero conſolabit̃ me lectulus meus: terrebis me p ſompnia ⁊ p viſiões horrore cõcuties me Nabugodonoſor ſompniũ qđ eũ valde pterruit vidit: ⁊ viſiões capitis ei9 ꝯturbauerũt eum Multas curas ſequũt̃ ſõpnia; et vbi multa ſõpnia ibi plurime vaĩtates· Multos errare fecerũt ſompnia; et exciderũt ſpeřãtes ĩ illis· Apparẽt ĩ ſõpnijs ꝯpes ymagĩes ex q̃b9 aĩa polluit̃:

quia p viſiones non ſolū corpus polluitur ſꝫ et
anima maculatᷣ. Vnde ds inquit ſic in leuitico
Si inter vos homo fuerit qui nocturno ſit pol
lutus ſompnio egrediatᷣ extra caſtra: et non re
uertatur prius q̄ ad veſperā. lauetᷣ pri9 aqua
et poſt ſolis occaſum regrediatur ad caſtra.

De compaſſione ca xxv.

O quanto dolore turbamur/ quanto dolore cō
cutimur cū amicoꝝ dampna ſentimus. cū
parentū picula formidamus. Plus interdū ſa
nus formidine q̄ infirmus egritudine turbatᷣ.
plus hic volūtarius affectu doloris. q̄ is īuitus
effectu languoris affligitᷣ. Verū eſt enī illd po
etiā. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Cu
ius pectus tā ferreū cuius cor tā lapideū qd ge
mitus nō exprimit/ lacrimas nō effundit. cum
proximi amici interitū vel morbum intuetur, ut
patienti non compatiatᷣ et dolenti non cōdole
at. Ipſe iheſus cū vidiſſet mariam et iudeos q̄
cū ea venerant ad monumentū plorantes infre
muit ſpiritu ⁊ turbauit ſemetipſū ⁊ lacrimatus
eſt. ſed eo pocius q̄ mortuum ad vite miſerias
reuocabat. Sciat aūt homo ſe culpabilit durū
aut dure culpabilē. quia amici ſui mortē deplo
rat ⁊ ſpiritualē anime ſue mortem non deflet

De inumerabilibꝫ ſpeciebꝫ egritudinū xxvi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

NOndum a ſeculo tot egritudinum gene
nera tot ſpecies paſſionum phiſicalis in
duſtria potuit indagare. quot humana fragili
tas potuit tollerare. Tollerabiliter dixerim mor
borum intolleranciam. an intolerabilem dixerim
tolleranciam. melius vtrumqꝫ coniunxerim. nam
intolerabilis propter paſſionis acerbitatem
tolerabilis propter paciendi neceſſitatem. De
die in diem magis ac magis humana natura
corrumpitur ita quod multa fuerunt olim expi
menta ſalubria. que iampropter diſcrimen ip
ſius ſunt mortifera. Senuit iam mūdus vter
qꝫ macrocoſmus et microcoſmus. et quanto p
lixius ſenectus producitur. eo deterius vtriuſqꝫ
natura perturbatur. De ſubitis īfortuniis xx vij

SUbito dū nō ſuſpicatur īfortuniū accidit
calamitas irruit morbꝰ īvadit mors imt
minet. quā nullus euadit. Ergo ne glorieris in
craſtinū ignoras qd enim ſuperuētura pariat
dies neſcit homo finē ſuū ſed ſicut piſces capi
untur hamo et ſicut aues comprehenduntur
laqueo ſic capientur homines in tempore ma
lo cū ex templo ſuperuenerit dies. De diuſis
generibus tormentorum. capitulum xx octauū

QUid dicā de miſeriis que per innunera tormē
torum genera perimuntur. ceduntur fuſtibus

gladijs iugulant̄/cremant̄ flām̄is/lapidibꝫ ob
ruunt̄/diſcerpunt̄ vngulis/et patibulis ſuſpē
duntur/torquent̄ vnguibꝫ/et ſcorpioībꝫ flagel
lantur/artant̄ vinculis/ꝛ laqueis ſtrangulant̄/
detrudunt̄ carceribꝫ/et ieiunijs macerāntur/ cip
pis claudunt̄/precipitant̄ et ſubmergunt̄/exco
riant̄ diſtrahunt̄ ſecant̄ et ſuffodiūtur. qui ad
mortē ad mortē et qui ad gladiū ad gladiū et q̄
ad famē ad famē/et qui ad captiuitatē ad cap
tiuitatē. Crudele iudiciū/immane ſuppliciū/ tri
ſte ſpectaculū. dant̄ homines in eſcam volatili
bus celi beſtijs terre piſcibus maris. Heuheu
miſere mentes que tā infelices filios genuiſtis

## De quodam horrendo facinore ca xxix.

Ad hoc horribile facin⁹ libet hic inſerere:
qđ ioſeph⁹ de iudaica obſidione deſcribit
Mulier quedam facultate et genere nobilis cū
cetera multitudine que ꝯfluxerat iheroſolimis:
cōmunem cū omnibꝫ obſidionis ferebat caſum
Huius reliquas facultates quas de domo in vr
bem conuexerat tyranni inuaſerunt. ſi que vero
reliqua ex magnis illis opibus fuerant ꝑ mo
menta per domos ſatellites rapiebant/quibꝫ in
digentē feminam ex quadam indignatione ve
lut inſania fatigabāt ita ut interdū predones
in ſui necem inſtigaret. Verūtamen cū irritati

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec quicq̄ miſerati illā perimere vellent· et ſi
quid forte cibi fuiſſet ab illa queſitū illud ab
alijs quereret̃ nec iam vnq̄ fieret copia requi
rendi fames autē dira viſceribus inſiſteret et
medullis et ad furorem iam famis inedia per
urgeret: peſſimis vſa conſilijs iam armatur
contra iura nature Erat enim ei ſub vberib⁹ p
uulus filius quem ante oculos ferens infelicis
inquit matris infelicior fili in bello fame ac di
repcione predonum cui te reſeruabo· nam et ſi
poſſit vita sperari · iugo tamen romane ſerui
tutis vrgemur· Veni ergo o mi nate· eſto ma
tri cibus predonibus furori· ſeculis fabula q̄ ſo
la deerat cladibus iudeorum· Et cum hoc ipſa
dixiſſet protinus filiū ſuū iugulauit ac deinde
igni ſuppoſitum torret· medium quidem conſu
mit et alteram partem ſeruat obtectam Et con
feſtim predones irruerunt in domum combuſte
carnis odorem ſencientes · Mortem minantur:
niſi cito carnes quas ſenſerant ipſa monſtraret
Tūc illa īfeliciſſima mulier detegens īfantis
ſui membra aſſata · Ecce inquit vobis optimā
partē reſeruaui· At illos repente horror imen
ſus inuaſit: ſic q̄ faucibus eorum vox intercluſa
ſa eſt · Illa vero audaci vultu et ipſis predoni
bus audacior factus: meus inquit filius iſte eſt

partus meũs ē et meũ eſt facinus· edite ſecure. nã ego prior comedi que genui·nolite fieri aut matre religioſiores aut feminis molliores·q̃a ſi vicerit vos pietas et horror inuaſerit ego totũ comedã qui dimidiũ iam comedi quia ego que iam talibꝫ paſta ſum talibꝫ iterũ paſcar Illi vero trementes et territi diſceſſerunt ⁊ matri cibum reliquerunt cũ facultatibꝫ et diuicijs··

Nemo ſe § Ca xxx· de pena innocentũ
Nexptem confidat de pena qui ſe velit imunẽ eſſe a culpa· Qui ſtat videat ne cadat· nã ſepe dampnatur innocens et abſoluit̃ nocens. pius punitur impius abſoluitur·ihesus crucifigitur barrabas dimittitur· Hodie vir quietus inutilis· vir religioſus ypocrita· vir ſimplex fatuus reputatur Deridet̃ enim iuſti ſimplicitas· lampas autẽ iuſtoꝝ cõtempta eſt apud cogitaciones diuitum· Explicit liber primus·

Liber ſecundus· De cupiditate ca xxxi·
Tria homines maxime ſolent affectare· opes voluptates honores· De opibus praua· de voluptatibꝫ turpia· de honoribꝫ vana ꝓcedunt Hinc enĩ apoſtolus iohes ait Nolite diligere mundũ neqꝫ ea que in mundo ſunt· Si quis autẽ diligit mundũ non eſt

caritas patris in eo. q̊niam omne quod in mū do eſt concupiſcēcia carnis eſt concupiſcēcia oculorum et ſuperbia vite Concupiſcēcia carnis ad voluptates. cōcupiſcencia oculoꝝ ad opes ⁊ ſuperbia vite pertinet ad honores. Opes generant cupiditates ⁊ auaricias. voluptates generant gulam et luxuriam. honores nutriunt ſuperbiam et iactanciam. ¶ De cupiditate capitulum viceſimum ſecundum

Nichil eſt ergo auaro ſceleſtius. nichil iniquius q̄ amare pecuniam Verbum eſt ſapientis. quod confirmat apoſtolus dicēs Qui volunt diuites fieri incidunt in temptacionē ⁊ in laqueū dyaboli ⁊ deſideria multa ⁊ nociua et inutilia. q̄ mergūt hoīes ī interitū et ꝑdicioē Radix enī oīm maloꝝ ē cupiditas. hec ſacrilegia committit ⁊ furta rapinas exercet ⁊ predas. bella gerit et homicidia. ſymoniace emit ⁊ vēdit et inique petit ⁊ recipit iniuſte negociatur et feneratur. Inſtat dolis et fraudibus. diſſoluit pactum et violat iuramētum. corrumpit teſtimonium et peruertit iudicium. ¶ De iniq̄s muneribus. c xxiii

Conſule prophetā ⁊ euangelicum yſaiam. Omnes inquit diligūt munera ſequunt̄ retribucōnes. pupillo nō iudicant. amor iuſticie non ingreditur ad eos

Non ipſi precedũt retributiones quia non iu
dicant amore iuſticie. ſʒ retributiones ſequunt̃
ipſos quia iudicant amore pecunie ⁊ ſemp enĩ
conſequuntur largicionem vel ꝑmiſſionem vel
ſpem. et ideo pupillo et orphano non iudicant.
a quibꝫ nichil largit̃ vel ꝑmittit̃ vel a quibꝫ
nichil ſperatur. O principes ĩfideles ſocij furũ
quicumqꝫ diligitis munera. ſequimini retribu
ciones: numq̃ꝫ excuciecis manũ a munere niſi
prius excludatis cupiditatẽ a pectore. De vob̃
inquit ꝓpheta. Principes q̃ſi lupi rapaces rapi
entes predã et auare ſectãtes lucra. principes
in muneribus iudicabant et ſacerdotes eius in
mercede docebant et ꝓphete ei⁹ in pecunia di
uinabat. Et contra domin⁹ precipit per moyſen
in lege. Iudices ⁊ magiſtratus ꝯſtituent̃ in oĩ
bus portis tuis ut iudicent iuſto iudicio nec
in alteram ptem declinẽt nec accipiant pſonã
nec munera. quia munera excecant oculos ſapi
entum ⁊ mutant verba iuſtorũ. ſed iuſte quod
iuſtum eſt pſequeris ut viuas. Quo dicit iuſ
tum et iuſte: curſum alij iniuſte quod eſt alij
iuſte quod iniuſtum eſt pſequũtur ¶ De
accepcione pſonarum capitulum xxxiiij

Ve vobis corrupti prece vel precio tracti
amore vel odio dicitis bonum malum et

malum bonum ponentes in lucem tenebras et
tenebras lucē ⁊ mortificantes animas que non
moriuntur ⁊ viuificantes animas que non vi
uunt · Vos nō propter merita cauſarum ſed
propter merita perſonarū iudicatis nō prop
ter iura ſed munera non propter iuſticiam ſed
pecuniam · nō quod racio dictat ſed quod volū
tas affectat non qđ lex cenſeat ſed quod mēs
cupiat non inclinantes animum ad iuſticiam
ſed iuſticiam inclinantes ad donum non qđ li
cet libeat ſꝫ vt liceat quod libet · Numq̄d in vo
bis ita ſimplex eſt oculus quod totum corpus
ſit lucidū; ſed ſemper aliquid admiſcetur fer
mēti q̄ totā maſſā corrūpitis Pauꝑm cauſam
omni mora negligitis; diuitū ſine mora ꝓmo
uetis In illis rigorē oſtēditis; cum illis diſpenſa
tis ex manſuetudine Illos cū difficultate reſpi
citis; illos omni fauore tractatis Illos negligē
ter auditis; illos ſubtiliter auſcultatis Clamat
pauꝑ ⁊ nullus exaudit. loquit̄ diues et oīs ap
plaudit · diues locut⁹ eſt et omnes tacuerūt ⁊
verba illius vſq; ad nubem perducēt; pauper
locutus eſt et dicunt quis eſt hic et ſi aſcende
rit ſubuertent illum Clamat vim paciens et
nullus exaudiet vociferat̄ ⁊ non ē q̄ iudicet Si
cās pauꝑm accipitis illas remiſci non ꝑcitatis;

cū autē diuitū cauſas aſſumitis illas ptinacit
defenditis· pauperū ſocietatē deſpicitis diuitū
autē honoratis· iſtis reuerēter aſſurgitis illos
deſpicabiliter conculcatis Si introierit in con
uentu veſtro vir anulū habens aureum in veſte
candida· introierit autē et paup in ſordido ha
bitu et intendatis in eum qui indutus eſt veſte
preclara et dixeritis ei· tu ſede hic bene· paupi
autē dicatis tu illic ſta aut ſede ſub ſcabello pe
dum meoꝝ· nonne iudicatis apud voſmetipſos
et facti eſtis iudices cogitacionū iniquaꝝ· De
vobis enī et contra vos dicit ꝓpheta· Magnifi
cati ſunt et ditati incraſſati impinguati cauſā
pupilli non dixerunt et iudiciū pauperū non
iudicauerunt· Sed et in lege precipit· Nulla
erit diſtantia ꝑſonarū· Ita paruulū audietis
ut magnū· non accipietis cuiuſqꝫ ꝑſonam q̄a
dei eſt iudiciū· non eſt enī ꝑſonarū acceptio a
pud deū· De vendicione iuſticie ca xxxv

Uos autem nec graciā gratis datis nec iu
ſticiam iuſte redditis: quia niſi venijt nō
prouenit nec datur niſi vendatur· Sepe iuſti
ciam in tantū differtis qꝫ litigātibꝫ plus qꝫ to
tū aufertis: quia maior eſt ſumptus expenſaꝝ
qꝫ fructus ſentencie · Quid autē illi poteritis
rn̄dere gratis accepiſtis gratis date ī diſtricto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iudicio Luctum in archa·dampnum in conſciē
cia·pecuniam in burſa capitis: ſed animā cap
tiuatis Verum quid proficit homini ſi mūdū
vniuerſum lucretur et anime ſue detrimētum
paciatur Aut quam ꝯmutacōnem homo dabit
ꝓ aīa ſua Frater nō redimit rediet hō: et non
dabit deo placacōnem ſuam nec preciū redēpcō
nis anime ſue Laborabit ī eternū ⁊ viuet vſqꝫ
in finē Audite diuites quid ꝯtra vos apoſtolꝰ
iacobꝰ ayt Agite diuites plorate vlulātes ī mi
ſerijs veſtris q̄ aduenıēt vobis Diuicie veſtre
putrefacte ſūt et veſtimēta a tineis ꝯmeſta ſūt
Aurum et argentum veſtrū erugīnauit et eru
go eoꝝ vobis ī teſtimoniū erit et mādūcabit
carnes veſtras ſicut ignis theſaurizatis vobis
iram ī nouiſſis diebus Ecce merces operarioꝝ
qui meſſuerūt regiones veſtras q̄ fraudata eſt
a vobis Clamat ⁊ clamor ī aures domini ſaba
oth introiuit · propterea veritas precipit No
lite theſaurizare vobis theſauros in terra vbi
erugo et tinea demolitur · vbi fures fodiunt
et furantᷣ De inſaciabili deſiderio cupidorū
capitulum triceſimum ſextum·

IGnis īextinguibilis cupiditas et inſaci
abilis · q̄s ūq̄ꝫ cupidꝰ fuit ꝓuo voto ꝯtē
tꝰ Cū adipiſcitᷣ q̊d optauēat deſidēat āpliora:

ſemp in habendis nūmq̄ꝫ in habitis finem ꝯſti
tuit. Inſaciabilis eſt oculus cupidi in partē ini
quitatis. Auarus non ſaciabitur pecunia: et q̄
amat diuicias fructus non capiet ex eis. Infer
nus et pditio numq̄ꝫ implentur. ſimiliter et o
culi hominū inſaciabiles. Sanguiſuge due ſūt
filie que ſemp dicūt affer affer. Tantū creſcit
amor: quantum ipſa pecunia creſcit.

¶ Quare cupidus ſaciari non poteſt c xxxvij.

Vis o cupide ſcire quare ſemp ſis vacuus ⁊
non repletus. aduerte quoniā non eſt ple
na menſura que quantūcumqȝ ꝯtineat capax ē
adhuc dei. quia qui adheret deo vnus ſpūs eſt
cum eo. quantūlibet enī animus contineat nō
eſt plenꝰ niſi deū habeat cuius ſemp eſt capax:
quia ſi cupidus fueris ſaciari non poteris. nō
eſt enī compatio lucis ad tenebras neqȝ cristi
ad belial: quia nemo poteſt dō ſeruire et māmo
ne. ¶ De falſo noīe diuiciarū c xxxviij.

Falſa diuiciaꝝ felicitas q̄ hominē veraciter
efficit infelicē. Quid eſt enī falſius q̄ꝫ q̄ opes
huius mundi diuicie nūcupentur. Oppoſita ſūt
enī diuicie et egeſtas. at opes mundi non au
ferunt egeſtatē. magis enī ſufficit paupi ~~mo~~
~~cie ibi et multa ſūt qui comedunt eas. Illis q̄t~~
mo dicī q̄ꝫ plurimū diuitꝫ q̄m vbi multe ſunt diuicie.
ibi et multi ſūt q̄ comedūt eas. Illis quot

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quanti magnates indigeant. ipſemet expe
rior. Opes itaq; non faciunt diuitem. ſ; poci9
egenum. ¶ De exẽplo ↄtra cupiditatẽ xxxix

Quam multos ſeduxit cupiditas. q̃ plures
perdidit auaricia Balaam aſella redar
guit et pedem ſedentis attriuit. quia captus
cupiditate promiſſorum diſpoſuerat maledice
re iſraheli Et achar populus lapidauit. quia
tulit argẽtum ⁊ aurum de anathemate ihẽrico
Naboth interempt9 eſt. vt achab vineã poſſi
deret Ghesi lepra perfudit. quia petiuit aurũ
et argentum ⁊ accepit veſtes ſub nomine he
lyzei. Judas laqueo ſe ſuſpendit. quia vendi
dit et tradidit criſtum Ananiam et ſaphiram
ſubitanea mors extinxit. quia de precio agri
defraudauerunt apoſtolum Edificauit tyrus
municionem ſuam et coaceruauit argentum
quaſi humũ ⁊ aurũ vt lutũ platearũ. ſ; ecce do
min9 poſſedit eã ⁊ perciet ĩ mari fortitudĩem
eius ⁊ ĩ igne deuorabit. ¶ Deniq̃ diuiciarꝫ poſ. xl

Verbũ eſt ergo quod ſapiens ꝓteſtatur.
multos pdidit aurũ et argentum. Qui
aurꝫ diligit nõ iuſtificat. ve illis qui ſectantur
illud Ecce inquit peccatores et habundantes
in ſeculo obtinuerũnt diuicias. Hinc precipit
veritas apoſtolis ſuis. Nolite poſſidere aurũ

nec argentū neq; pecuniam in zonis vr̄is. q̄a
ſicut camelus non poteſt ꝑtranſire per foramē
acus. ita difficile eſt intrare regnū celoꝝ. Arta
eſt enim via et anguſta porta per quam ītra
tur ad vitam eternā. Aplūs autē petrus hanc
ſecutus regulam aiebat. Argentum et aurum
non eſt michi. Ve ergo vobis qui coniungitis
domum ad domum. et agrum agro copulatis
Vſq; ad terminum loci repleta eſt terra auro ⁊
argento et nō eſt finis theſaurorum eius. ꝓp
ter iniquitatem auaricie eius iratus ſum ⁊ per
cuſſi eam. De licitis opibus C xli

Verū abrahā fuit diues. iob locuples da
uid opulentus. et tamē de abrahā inquit
ſcriptura. quia credidit deo. et reputatum eſt
ei ad iuſticiam. Et de iob. quia non erat illi ſi
milis in terra. vir ſimplex et rectus ac timens
deum et recedens a malo. De dauid. quia īue
nit dominus virum ſecundum cor ſuum. At illi
erant q̄ſi nichil habētes. et omnia poſſidētes
ſecundum illud ꝓphete. Diuicie ſi affluāt noli
te cor apponere. nos autem ſumuſomnia poſſi
dentes quaſi nichil habentes ſecundum illud
pſalmiſte. Diuites eguerunt et eſurierunt. in
quirentes autem dominum non minuentur oī
bono. Facilius enim inuenies qui diligat ⁊ nō

habeat q̄ꝫ qui habeat et non diligat. quia diffi
cile eſt eſſe in igne et non ardere. difficilius ē
poſſidere diuicias et non amare Audi prophe
tam. A minore vſqꝫ ad maiorem omnes auari
cie ſtudent. et a propheta vſqꝫ ad ſacerdotem
cuncti faciunt dolum. De incertitudine di
uiciarum capitulum xliij

OMnis cupidus ↄtra natura̅ nititur ꝛ mo
litur Natura namqꝫ pauperem adducit
i mu̅du̅. natura paupere̅ reducit a mundo. Nu
du̅ terra ſuſcepit ꝛ nudu̅ terra ſuſcipiet. cupidꝰ
aute̅ curat fieri diues in mu̅do. Deſtrua̅ i̅quit
horrea mea et faciam maiora ꝛ illuc congrega
bo omnia que nata ſu̅t m̄ et omnia bona mea
Sed o ſtulte hac nocte repetent animam tua̅
a te que autem paraſti cuius erunt. Theſau
rizas et ignoras cui ↄgregabis ea Dormie̅rt
ſompnum ſuum et nichil i̅uenerunt omnes vi
ri diuiciarum i̅ manibꝰ ſuis Diues cu̅ dormi
erit nichil ſecu̅ afferet aperiet oculos ſuos et
nichil i̅ueniet Ne ergo timueris cu̅ diues fac
tus fuerit ho̅ ꝛ cu̅ multiplicata fuerit gloria do
mꝰ eiꝰ. q̄m cu̅ i̅terierit no̅ ſumet o̅ia neqꝫ deſce̅
det cu̅ eo gloria domꝰ eiꝰ. ſꝫ relinque̅t alienis di
uicias ſuas ꝛ ſepulchra eoꝝ domꝰ eoꝝ i̅ eternu̅. hoc
ſapie̅s ꝓteſtat̄. Qui acuat ex a̅io ſuo iniuſte.

aliis ꝯgregat ⁊ in bonis ſuis alius luxuriabit
Prochdolor quē hēbat hoſtem: dimittit here
dem. ¶De ſupflua ſollicitudīe cupidoꝝ c xliii

Cur ad ꝯgregādum cū ſtare non poſſit q̄s
inſtet. Nam quaſi flos egredit et ꝯteri
tur et fugit velut vmbra: ⁊ nūq̄ i eodem ſtatu
pmanet. Cur mlta deſideret cū pauca ſufficiūt.
Habentes īquit victū ⁊ veſtitū hiis ꝯtēti ſumꝰ
Cur neceſſaria cū multa ſollicitudīe quis q̄rit:
cū ipſa ſe ſine magna cura offerāt. Audi quid
ſup hoc veritas dicat. Nolite ſolliciti eſſe dicē
tes. quid māducabimꝰ aut quid bibemus aut
quo cooperiemur. ſcit enim pater veſter quia
hiis oībus indigetis. Querite ergo primo reg
num dei et iuſticiā eius et hec omnia adiicient
vobis. Nūq̄ īquit ꝓpheta vidi iuſtū derelictū
nec ſemen eius querēs panem. ¶De auaricia
Capittulum xliiii.

Tantalus ſitit ī vndis et auarus eget opi
bus: cui tm̄ eſt quod habet quātum quod
nō habet: quia nūq̄ vtit acquiſitis. ſꝫ inhiat
acquirēdis ſolū. Eſt quaſi diues cū nil habeat:
et eſt quaſi paup cū in multis diuiciis ſit aua
rus. Infernus vtrūqꝫ comedit ſꝫ non digerit:
recipit. ſed nō reddit. Auarus nec pacientibus
ꝯpatit nec miſeris miſeretur. ſed offēdit deum

offendit proximum offendit ſeipſum. Nam
deo detinet debita proximo denegat neceſſa
ria. ſibi ſubtrahit oportuna. deo ingratus. prox
imo impius. ſibi crudelis. Viro cupido et tena
ci ſine racione eſt ſubſtancia atq; homini liui
do aurum. Qui ſibi neq̃ eſt cui bonus erit. Et
non iocundabitur in filijs et bonis ſuis. Qui
habet ſubſtanciã huius mundi et viderit fra
trẽ ſuum neceſſitatem habere et clauſerit viſ
cera ſua ab eo. quomõ caritas dei manet in eo.
Non proximum ſuum ſicut ſeipſũ diligit quẽ
inedia perimit. egeſtate conſumit. neq; deũ
diligit ſup omnia. cui prefert aurum. prepo
nit argentum. ¶ Cur auaricia dicat ydolorũ ſeruitus c xlv

Recte diffinit apoſtolus.
auariciam. Auaricia eſt ydolorũ ſeruitus
Sicut ydolatria ſeruit ydolo. ita auarus ſeruit
auro. Nam ille cultum ydolatrie diligẽter am
plificat. et iſte cumulum pecunie diligenter
augmẽtat. Ille cum omni diligencia colit ydo
lum. et iſte cum omni cura cuſtodit theſaurũ
Ille ſpem ponit in ydolatria. Iſte ſpem conſtitu
it i pecunia. Ille timet mutilare ſymulachrũ.
et iſte timet minuere theſaurum. ¶ De proprietati bus auari c xlvi

Auarus ad petendũ promptus. ad dandum tardus. ad negãdũ frontoſus

Si quid expendit totū amittit. triſtis queru
lus merorſus. ſollicitus ſupputat dubijs heret in
uitus expendit. magnificat datū ſed vilificat
dandum. dat ut lucret ſed non lucratur ut det
largus in altero ꝫ parcus in ꝓprio. gulam cua
cuat ut arcam adimpleat. corpus extenuat ut
lucrū extendat ꝫ manū habet ad dandū collec
tam ꝫ ad recipiendū porrectā. ad dandū clau
ſam ad accipiendū aptam. Porro ſubſtancia
iniuſtorū ſicut fluuius ſiccabit. quia qui ma
le ꝯgregat cito diſpergit. Juſtum iudiciū. vt
q̄ de malo ꝓueniūt ad malū ꝓueniāt. nec ac
cedit ad bonū quod non ꝓcedit ex bono. Aua
rus igit habet dāpnacōnem vite q̄ nūc eſt et
future. ¶ De gula c xlvij

Inicium vite hominis. aqua et panis et
veſtimentū et domus ꝓtegēs turpitudinē nec
nūc autem guloſis non ſufficiūt fructus arbo
rum nec grana leguminū nec radices herbaꝝ
nec piſces maris nec beſtie terre nec aues celi.
ſed querūt pigmēta cōpant aromata nutriūt
altilia capiunt obeſa q̄ ſtudioſe coquāt arte
cocorum laute parent officio miniſtroꝝ. Alius
enim cōdit et cōtundit. alius confundit et con
ficit. ſubſtanciā vertit i accidēs. naturā mutat
in artem. vt ſaturitas trāſeat in eſuriem. et re

nouet appetitum faſtidium tollat. ad excitan
dam gulam non ad ſuſtentādam naturam. nō
ad neceſſitatem ↄplendam ſed ad auiditatem
ↄplendā. Ceterum tam breuis eſt gule volup
tas vt ſpacio loci vix ſit quatuor digitorum:
ſpacio temporis vix ſit totidem momentorum
Contempnitur mediocritas et ſuperfluitas af
fectatur: in diuerſitate ciborum et varietate ſa
porum Auiditas neſcit modum et voracitas ex
cedit menſuram. tandem ingrauatur ſtomach
us. turbatur ſenſus opprimitur intellectus. Jñ
non ſalus et ſanitas: ſꝫ mors et morbus. Audi
ſuper hoc ſentenciam ſapientis. Noli auidus
eſſe in omni epulacōne. et non effundas te ſu
per omnem eſcam. Jn multis enim eſcis erit
infirmitas. ⁊ propter crapulam multi obierūt
Eſca ventri et venter eſcis: deus et hunc ⁊ hāc
deſtruet. Exemplum ↄtra gulam. xlviij.

Gula carum tributum exigit ſꝫ viliſſimū
reddit: q2 quāto fuerīt delicaciora cibaria
tāto fetidiora ſūt ſtercora. turpius egerit q̄d
ē pis īgerit. ſupius et inferius horribilē flatū
exprimēs ⁊ abhominabilem ſonum emittens
Gula padiſū claudit. ꝑmogeīta uēdidit. ſuſpē
dit paſtorē. decollauit baptiſtā Nabuzardā
ꝑnceps coq̄ꝝ tēplū īcēdit ⁊ iherlm̄ totā cūtit.

balthaſar in ꝯuiuio contra ſe manū ſcribentem aſpexit. mane thetel phares. Eadē nocte interfectus eſt a chaldeis. Sedit populus manducare et bibere et ſurrexerunt ludere. ſed et adhuc erat eſca in ore ipſoꝝ et ira dei aſcendit ſuper eos. Qui veſcebant voluptuoſe, interierūt in viis. Diues ille qui epulabatur cotidie ſplēdide, ſepultus eſt in iferno.

De ebrietate xlix

Quid turpius ebrioſo. cui fetor ī ore/ tremor in corpore/ qui promit ſtulta/ ꝓdit occulta. cui mens alienat/ facies transformat. Nullū enim ſecretū vbi regnant ebrietas et fecundi calices. Porro non ſufficit vinū/ non ſicera/ non ceruiſia; ſed ſtudioſe conficitur mulſum/ ſyropus/ claretum/ labore multo/ ſollicitudine magno/ et ſumptu non modico. ſed inde ꝯtentiones/ lites iurgia/ ꝓcedunt. ſicut ait ſapiens. Vinū enī multū potatū irritacionem et irā et ruinas multas facit. Et ozee. Fornicatio et vinū et ebrietas auferunt cor. ꝓpterea dicit aplūs et ſalomon. Ebrioſa res eſt vinū ⁊ tumultuoſa ebrietas Vnde filii rechab et filius zacharie vinum et ſiceram non biberunt nec omne illud qđ inebriare poterat.

Exempla ꝯtra ebrietatē c l.

Ebrietas verenda viri nudauit. inceſtum ꝯmiſit filiū regis occidit pncipē exercit⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iugulauit . Verū ē ergo quod ſalomon ait va
cantes potib9 et dantes ſimbola ɔſument . Et
yſaias . Ve qui potētes eſtis ad bibendum vi
num ⁊ viri fortes admiſcēdam ebrietatē . Idē
Ve qui ɔſurgitis mane ad ebrietatem ſectan
dam et potandum vſqꝫ ad veſperam et vino
eſtuetis Cithara lyra et tympanum in ɔuiuijs
veſtris ecce gaudium ⁊ leticia . ſurrexerunt oc
cidē vitulos iugulare arietes comedere carnes
bibere vinum Comedamus . et bibamus cras
enim moriemur . Et reuelata ē in auribus vox
dnī exērcituū ſi dimittet hec īiq̄tas vobis ante
q̄ moriāmi Ve corone ſupbie effraim . ſacdos
et ꝑpheta neſcierunt pre ebrietate abſorpti
ſunt animo . neſcierunt vidētem ignorauerūt
iudiciū . Proch pudor cum a quodam ad pro
nunciandam euangelicam lectionem petere
tur benedictio ille heſternam crapulam ⁊ noc
turnam ebrietatem eructans fertur alta voce
dixiſſe . Potum ſeruorum ſuorum benedicat
rex angelorum . De luxuria li.

Porro turpis mater filiam generat tur
piorem . Iuſtum eſt q̄ qui in ſordibus
eſt ſordeſcat adhuc . Omnes adulterantes
quaſi clibanus accenſus a coquente . cepert
principes feruere a vino

venter opipare ſatur' libenter venerē amplexa
tur. O extrema libidinis turpitudo que non ſo
lum mentē effeminat ꝫ et corpus eneruat. nō
ſolum maculat animā ꝫ fedat pſonam Omne
namqꝫ peccatū quodcūqꝫ fecerit homo extra
corpus eſt. qui autē fornicatur in corpus ſuum
peccat. Semp illam precedunt ardor et petu
lancia. ſemp comitant' fetor et īmundicia. ſem
per ſequuntur dolor et penitencia. Fauus enī
diſtillans labia meretricis ⁊ nitidius oleo gut
tur eius. nouiſſima autē illius amara ſicut ab
ſinthiū et acuta quaſi gladius biceps.

¶ De generalitate luxurie. c quinqgeſimū ij.

Familiaris eſt inimicus habitans non pro
cul ſed prope. non externus ſed internus.
nam virtus eius in lumbis eius et fortitudo e
ius in vmbilico ventris illius. Nunqꝫ fugatur
niſi cū fugit'. nunqꝫ mactat' niſi cum macerat'
Ad cauſam erigit libertatē et abundanciam ꝫ
repetit ad effectū facultatē et adiacenciā. hec
omnem etatē corrūpit. omnem ſexum ɔfundit
omnē ordinem ſoluit. omnem gradū puertit. i
uadit enim ſenes et iuuenes mares ⁊ feminas
prudentes et ſimplices ſupiores et inferiores
ad extremū eciam ſacerdotes qui nocte venerē
amplexant' mane virginem venerant'. Turpe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dictu ꝫ turpiſſimum actu · Dici liceat vt agi
non libeat Nocte filiam veneris agitant ī cu
bili mane filium virginis offerunt in altari

¶ De diuerſis ſpeciebus luxurie · ⁛ ·

Quis eius multiplices ſpecies ſufficiēter
valeat explicare Hec pentapolim cum
adiacente regione peruertit · ſichem cum po
pulo interemit her et onam filios iude percuſ
ſit iudeum et madianitidē pugione trāſfodit
tribum benyamin pro vxore leuite deleuit fili
os hely ⁊ ſacerdotes ī belloproſtrauit Hec vri
am occidit · amon interfecit · preſbiteros lapi
dauit Hec ruben maledixit · ſampſonē ſedux
it · ſalomonem peruertit · Verum eſt ergo q̄d
legitur propter ſpeciem mulieris multi perie
runt nam vinum et mulieres apoſtatare faci
unt eciam ſapientes · eciam vulneratos deie
cit · eciam viri fortiſſimi interfecti ſunt ab ea
Vie inferni domus eius ⁊ penetrantes vſqꝫ in
interiora cordis · Hec vires eneruat ſenſ⁹ di
minuit · dies ꝯſūit opes effūdit ¶ De coitu
ꝯtra nāꝫ liiij

Nec ignomioſam morphoſi
nopatur quam tamen apoſtolus non con
funditur nominare propterea inquit tradidit
illos deus ī paſſiōes ignominie · Nam femine
eorū commutauerunt vſum naturalem in eum

qui eſt contra naturã. ſimiliter et maſculi relic
to vſu feminarũ exarſerunt in deſiderijs ſuis ĩ
uicem maſculi in maſculos turpitudinem opan
tes. Quid hac turpitudine turpius. quid hoc
crimine criminoſius In lege quaſi paria ↄiun
gebant̃ concubitus maris cũ maſculo et coitus
hominis cũ iumento. Sic enĩ in leuitico dicit̃
Cũ maſculo non ↄmiſceberis coitu feīeo q̃a ab
hominatio eſt. Cũ omni pecore non coibis nec
maculaberis cũ eo. Vtriqꝫ par pena ſubſcribit̃
Qui dormierit inquit cũ maſculo coitu femineo
vtriqꝫ operati ſunt nephas et morte moriãt̃ q̃
cũ iumento coierit morte moriat̃ pecus quoqꝫ
occidite. Qui habet aures audiendi audiat.
ymmo qui deſpicit reſpicit. ¶ De pena huius
ſceleris lv.

PEna docuit. quid hec culpa promeruit
Pluit enim dominus ſup ſodomã et go
morrã ſulphur et ignẽ de celo. Noluit deus cui
ꝙ angelorũ vel hominũ ↄmittere execucõnem
huius pene ſed ſibi ipſi vindictã hui⁹ ſceleris
reſeruauit ſecũdum illud. michi vĩdictã et ego
retribuã. Et ideo pluit dñs. A domino videlicꝫ
a ſe ipſo non ymbrem vel rorem ſed ſulphur et
ignem. Sulphur ſuper fetorẽ luxurie. ignẽ ſu
pra ardorẽ libidinis quaten⁹ pena eſſet ſimil̃

culpe. Nec miſiſſe dicit̃ ſed pluiſſe. quatenus
ipſo verbo magnitudinẽ ⁊ habundãciam pene
notaret. Nemini pepcit oculꝰ eius ſed oẽs ſi
mul extixit. vxorem quoqꝫ loth q̃ retro reſpex
it ĩ ſtatuã ſalis mutauit. non ſolum vrbes ſꝫ
omnẽ hominem circa regionem in mare mor
tuum et vallẽ ſalinaꝝ conuertit Horrendum ẽ
ergo incidere ĩ manus dei viuẽtis qui quanto
maiorẽ ſue lõganimitatis exhibet paciẽciã tã
to duriorẽ ſeueritatis ĩferet vĩdictã. ¶ De ambicioſo. lvi

Spes itaqꝫ cupidꝰ.
ↄgregat auarꝰ ↄſeruat. voluptates gulo
ſus deguſtat ⁊ ſupbꝰ extollit Ambicioſꝰ ſemp
ẽ pauidꝰ ſemp attẽtꝰ ne q̃d dicat ꝉ faciat q̇d
oculꝭ hoim̃ valeat diſplicẽ humilitatẽ ſimulat
honeſtatẽ mẽtit̃. affabilitatẽ exhibet benigni
tatẽ oñdit. ſubſeq̃t̃ ⁊ obſequit̃ cũctos honorat
vniũſis ĩclinat frequẽtat curias viſitat opti
mates. aſſurgit ⁊ ãplexat̃. applaudit ⁊ adula
tur Bñ nouit illud poeticũ ⁊ ſi puluis erãt nul
lꝰ tñ excutit illũ Promptꝰ ⁊ feruidꝰ vbi placẽ
ↄgnouerit. remiſſꝰ ⁊ tepidꝰ vbi diſplicẽ puta
uerit. Im pbat mala deteſtat̃ iniq̃ ſꝫ ⁊ alia cũ a
liis pbat ⁊ ĩpbat ut iudicet̃ ydoneꝰ reputet̃
acceptꝰ. cõtra ſe q̃uẽ ſuſtinet pugnã difficilẽ
ↄflictũ dũ iniq̃tas pulſat aim̃ ãbicõ ↄtinꝫ manũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

collu͂dũt ad inuicẽ mater et filia· iniq̃tas et ã
bicio·nam illa in apto ſubſiſtit ⁊ ĩ occulto filia
non reſiſtit hec vendicat ſibi publicũ·illa ſecre
tum· Ambicioſus libenter ait de pĩcipatu quẽ
ambit et dicit· O quãdo pĩcipabiť ille qui ſe
uerus ſit in iuſticia ·pius in miſericordia qui
nõ deuiet amore vel odio qui nõ corrũpať pre
ce vel precio qui credat fidelibus ⁊ acquieſcat
ſimplicibus·qui ſit hũilis et benignus·larg⁹
et mãſuetus·ꝯſtans ⁊ paciẽs ⁊ aſtutus· ¶ De
nimia ꝯcupiſcẽcia ambicionis ·c lviij

SI forte hac arte non profecerit recurrit
ad aliam et aduocat ſymoniã et accedit
ad giezi· Per hãc ab illo nitiť emẽ quod ꝑ ſe
non potuit obtinere·ſupplicat et promittit·of
fert ⁊ tribuit· Proch pudor·graciã quã gratis
adipiſci nõ potuit· ꝑ nephas nititur adipiſci
nec deſiſtit adhuc ſed inſiſtit et inuadit violẽ
ter honorem et inprudẽter arripit dignitatẽ a
micorum preſidio ꝓpinquoꝝ tantoq; donacio
nis inflatur ardore tanta libidine preſedẽdi vt
ſciſma non horreat·ſcãdalum non formidet ſ;
giezi lepra paiſſus intereat· Sic et ſimõ peri
it cum pecunia · chore cũ ſuis ꝯplicibus ignis
abſũpſit·dathan et abyron viuos terra abſor
buit· Nullus itaq; ſibi aſſumit honorem niſi

q̃ vocatur a deo tam̄q̃ aarō . ¶ Contra fraudē
Siquidem ambicōnis exem . ābicioſorū . lviij
plū repitur in abſalone . q̃ cum feſtinaret
ad regnū fecit ſibi currus et eq̄tes et quinq̄gi
ta viros q̃ precederēt eum . Et mane ↄſurgēs
abſalō ſtabat iuxta introitū porte et omnē vi
rum q̃ hēbat negociū vt veniret ad iudicium
regis vocabat ad ſe et dicebat . De q̃ ciuitate
es tu Qui reſpōdit . Ex vna tribu iſrahel ego
ſū ſeruus tuus . reſpōdebatq; abſalō Videntᷣ m̄
ſermones tui recti et iuſti ſed nō eſt q̃ te audi
at cōſtitut⁹ a rege . dicebat q; abſalon . Quis
me cōſtituat iudicem ſuper terram vt ad me
veniant omnes q̃ habent negocium et iuſte iu
dicem Sed cū accederet ad eum homo extēde
bat manum ſuam et apprehendens deoſculaba
tur eum . faciebatq; hoc omni iſraheli qui veni
ebant ad iudicium vt audirentur a rege et ſol
licitabat corda virorum et mulierum in iſra
hel . Cumque abiiſſet abſalon in ebron miſit
exploratores in vniuerſas tribus iſrahel di
cens Statim vt audieritis clāgorem bucine
dicite regnabit abſalon in ebron . Et facta eſt
coniuracio valida populus q; concurrens auge
batur cum abſalone . ¶ De breui et miſera vi
ta magnatum capitulum quinquageſimūnonū

Sed eſto ſublimet̃ i altum· ꝑuehat̃ ad ſū
mum ·ſtati cure ſuccreſcunt· ſollicitudīes
cumulant̃· ertēdunt̃ ieiunia· vigilie ꝓducunt̃
ex quibus natura corrūpit̃ ·ſpiritus infirmat̃
corrumpit̃ ſompnus· appetitus amittit̃· debili
tatur virtus· corpus attenuat̃· et ſic in ſeipſo
deficiēs non dimidiabit dies ſuos ·ſed miſera
bilem vitam miſerabiliori fine ↄcludet· Verū
eſt illud poeticū· In ſe magna ruūt ſummūqꝫ
nequit ſtare longe· Ut grauiore ruāt lapſu tol
luntur ad alta· Verius eſt illd ꝓpheticū· Vidi
impium ſuperaltatum et eleuatū ſicut cedros
libani· Et tranſiui· et ecce nō erat· queſiui eū
et non eſt inuentus locus eius· Unde iob· Anq̄
dies eius repleant̃ peribit· Incidet̃ quaſi vinea
in primo flore botrus eius et ſicut oliua florē
piciens· Audi ſup hoc ſentenciā ſapiētis· Om
nis potētatus breuis vita· De diuerſis ꝓp
etatibus ſuperborum· c lxiiij·

Statim autem vt ambicioſus ꝓmotus ē
ad honorem in ſupbiam ertollit̃· in iactā
ciam effrenat̃· Nec curat ꝓdeſſe ꝫ gloriat̃ pre
eſſe· preſumit ſe meliorem quia videt ſe ſupio
rem at bonum facit non gradus ꝫ virtus non
dignitas ſed honeſtas· Priores dedignat̃ ami
cos· notos ignorat exteros comites cōtēpnit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

antiqs vultum auertit · viſui extollit · ceruicē erigit · faſtū oſtēdit · grādia lquit̄ · ſublimia meditat̄ · ſubeſſe nō patit̄ · preeſſe molit̄ · prelatis infeſt9 · ſubditis oneroſ9 · moleſta nō ſuffert · ↄcepta nō differt · preceps et audax · glorioſ9 et arrogās · ḡuis et importun9 · De ſupbia et caſu luciferi lxi ·

Supbia cūctis · ſipoꝛtabilis omnib9 odioſa Inter omnia vicia tu ſemp es p̄ma · tu ſemp es vltia · nā oē peccatū te accedēte ↄmittit̄ ſcptum eſt enī In iciū oīs peccati ſupbia · p̄mogeita moꝛs · Hec enī int̄ ipſa rex p̄moꝛdia creatur̄a ad irritādū creatorē erexit angelū ↄtra deū ȝ eū abſqȝ mora deiecit q̄miā ī veritate nō ſtetit Ab īnocēcia enī in peccatū · a delicijs ī miſerias de celo empyreo ī aerē caligiōſum cecidit · Audi prophetam · Quomō cecidiſti lucifer q̄ mane oꝛiebaris · q̄ dicebas ī corde tuo · In celum aſcēdam ſupra aſtra celi exultabo ſoliū meum · ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis Aſcēdam ſuper altitudinem nubium et ſimilis ero altiſſimo · Tu ſignaculum ſimilitudinis dei plenus ſapiencia et perfectus decore in deliciis paradiſi dei fuiſti · Omnis lapis precioſus operimentum tuum ſardius topazius iaſpis criſolitus onix berillus et iacinctus

ſaphirus et carbunculus ſmaragdus aurum o
pus decoris tui. et foramīa tua in die qua ↄdi
tus es ꝑparata ſunt. Tu cherub extētus et pro
tegens poſui te in monte ſancto dei . in medio
lapidum ignitorum ambulaſti ꝑfectus in vijs
tuis a die ↄdicõnis tue donec inuenta eſt iniq̄
tas in te in multitudīe negociacõnis tue reple
ta ſunt īteriora tua iniquitate et peccaſti et e
ieci te de monte ſancto dei ⁊ ꝑdidi te o cherub
ꝓtegens de medio lapidū ignitorū et eleuatū
eſt cor tuum in decore tuo et in terrā ꝓieci te de
monte ſancto dei. Cedri nō fuerūt alciores illo
in ꝑadiſo dei. Abietes nō equauerūt ſūmitatē
eius platani nō fuerūt equales frōdibus eiꝰ
Omne lignū precioſū ꝑadiſi nō fuit aſſimila
tum illi et pulchritudīni eius quoniā precioſum
fecit eum iuſtis frondibus. Ipſe eſt rex ſuper
omnes filios ſuꝑbie ipſe draco rufus magnus
capita habēs vij et decem cornua cuius cauda
trahebat terciam ꝑtem ſtellaꝝ celi et miſit il
las ī terram . Et ꝓiectus eſt draco ille magnꝰ
ſerpēs antiquus qui vocabat̄ dyabolꝰ ⁊ ſatha
nas qui ſeducit vniuerſū orbem et ꝓiectus eſt
in terrā et āgeli eius cum ipſo miſſi ſunt de q̊
veritas ait. Vidi ſathanā quaſi fulgur de celo
cadentem. Nam qui ſe exaltat humiliabitur ⁊c

## De arrogancia hominum capitulum lxiij

Superba presumpcio · presumptuosa supbia que nō ſolum angelos voluit deo adeq̄re ꝫ homines presumpſit deificare · porro quos erexit depreſſit et quos exaltauit humiliauit Hinc ait domin⁹ ad prophetam Fili hominis dic principi tyri · Hec dicit domin⁹ deus · Eo ꝙ eleuatū eſt cor tuum quaſi cor dei et dixiſti deus ego ſū cū ſis hō ⁊ de⁹ · Idc̄o ego adducā ſup te robuſtiſſios gēciū ⁊ interficiā te et morieris in īteritu occiſoꝝ · Nabugodonoſor q̄a potēciā ſuā ſupbe iactauit et ait nōne hec eſt babilō quam ego edificaui ī domū regni ī robore fortitudinis mee ⁊ ī gloria decoris mei cū adhuc ſermo eſſꝫ ī ore ei⁹ vox de celo ruit · Tibi dicit̄ nabugodonoſor rex regnum trāſiet a te et gētes ab hoībus eicient te et cum beſtijs et feris erit habitacio tua Fenum quaſi bos comedes et tempora mutabuntur ſuper te donec ſcias ꝙ excelſus dominetur in regno hominum et cuicumqꝫ voluerit det illud · Eadem hora ſermo completus eſt ſuper nabugodonoſor regē Verum eſt ergo ꝙ legitur in pſalmo · Homo cū ī honore eſſꝫ nō ītellexit · cōpat⁹ ē iumētis īſipiētib⁹ ⁊ ſimilis fact⁹ ē illis Supbia turrē euītat et linguam cōfudit proſtrauit golyam et

ſuſpendit amon ⁊ interfecit nycanorem ⁊ pere
mit antiochum · pharaonem ſubmerſit · et ſē
nacherib interēmit · Sedes ducum ſupborum
deſtruxit deus et radices gencium ſupbaꝝ are
fecit ¶ De abhoīnacōne ſupbie · lxiiij

Quam deteſtabilis ſit ſupbia dn̄s atteſtat̄
p ꝓphetam · Iurauit dn̄s deus in anima
ſua dicit dn̄s exercituū · Deteſtor ego ſupbiā
iacob · Et iurauit ī ſupbia iacob · Si oblitus fu
ero vſqꝫ ad finem omnia opa eorum · Unde in
ter illa que dn̄s odit et ſeptimū quod deteſta
tur anima eius · ſalomon pmū ponit oculos
ſublimes ideſt ſupbiam Et yſaias Dies domi
ni exercituū ſup omnem ſupbū et excelſum et
ſuper omnem arrogātem et hūiliabitur · et ſu
per omnes cedros lybani ſublimes erectas et
omnes quercus baſon · et ſup omnes excelſos
montes et ſup omnes colles eleuatos et ſuper
omnem terrā eleuatā et ſup omnem murū mu
nitum et incuruabit̄ hominū ſublimitas ⁊ hu
miliabit̄ altitudo virorū · ꝓpterea dilatauit in
fernus animā ſuam ⁊ apuit os ſuū abſqꝫ vllo
termino et deſcendent ſublimes glorioſiqꝫ ad
eum · Dominus exercituū cogitauit hoc vt de
traheret ſupbiam omnis glorie · Unde iob · Si
aſcenderit vſqꝫ ad celum ſupbia et caput eius

nubes tetigerit quaſi ſterq̃linium ı̄ fine ꝑdet̃

¶ De arrogancia ſuperborum capitulum .lxiiij

OMnis fere vicioſꝰ diligit ſibi ſimilē. ſuꝑbus autem elatos odit. Unde ſalomon Inter ſuꝑbos ſemꝑ ſūt iurgia. et vbi fuerit ſuꝑbia ibi ꝛ ꝯtumelia. Suꝑbꝰ ı̄ſolita geſſit con ſueta faſtidit. magnū reputat ſi loq̃ dignetur maiꝰ ſi ſurgat et āplexet̃ eſtimat plus dignitatē ab ipſo ꝗ̃ ipſū aſſecutū ex dig̃tate. Nūq̃ vult vti ꝓnitatis affectu ꝫ ſemper vult dominacionis vti imperio Suꝑbia eius et arrogācia eius plusq̃ fortitudo eius reuoluit in animo quod legitur ı̄ euāgelio Facta eſt ꝯtencō inter diſcipulos ihū q̃s eorū videret̃ eſſe maior. et ait illis iheſus. principes gencium dominantur eorum et qui poteſtatem habent inter eos benefici vocantur Vos autem nō ſic. ꝫ q̃ maior ē int̃ vos erit ſeruꝰ vr̄ ꝛ q̃ preceſſor erit ſicut miniſtrator Et petrus apoſtolorū magiſter Non quaſi dominantes in clero ſed forma facti gregis Nam domini ē terra et plenitudo eiꝰ Unꝰ ē ergo deꝰ vnꝰ dn̄s Ceteri enī non ſūt dnī. ꝫ miſtri q̃bꝰ enī ꝯmittit̃ dnīū ꝯmittit̃ ꝛ miniſteriū Audi ſuꝑ hoc ſapiētē Rec torē te poſuerūt noli extolli. ꝫ eſto inter illos q̃ſi vnꝰ ex illis .

¶ Cōtra fraudem ſuperborū

Filij zebedei qui ꝓpter interuentum mr̄is honorē a xp̄o poſtulauerīt . dic īqt vt ſedeant hij filij mei vnus ad dexterā tuam et alius ad ſiniſtrā tuam in regno tuo. meruerūt audire. Neſcitis quid petatis . Nō enim honore ſed onere peruenit ad regnum dei vnde dominus ſubdit. Non eſt meum dare vobis . Meū quidem eſt dare ꝫ non vobis id eſt ambicioſis quales vos eſtis . Licet autem omnis poteſtas a deo ſit. ſupbus tamē non regnat ex deo ſecūdum illud ꝓpheticū . Ipſi regnauerūt et nō ex me principes extiterunt et non ꝯgnoui eos

De ꝓprietatibus ambicioſoꝝ. lxvi.

Supbus amat primas cathedras in ſynagogis. primos recubitus in cenis ſalutaciones in foro. et vocari ab hominibꝰ rabi . nō nomine pſone ꝫ nomine fortune vult appellari non ut homo ſed ut deus vult honorari ſedet ſublimis. incedit excelſus. vult ſibi omnes aſſurgere ſingulos īclinare. Porro philoſophꝰ quidam volēs arroganciā cuiuſdam regis eludere. cum vidiſſet eū ſedere in throno ſublimi pſtratus in terram adorauit eū. et cōfeſtim nō inuitatus aſcendit iuxta regem ſedere. Quod rex vehemēter admirans eo ꝙ noſſet eum philoſophum eſſe ad quid hoc egerit . inquiſiuit

philoſophus ergo reſpondit Aut deus es aut homo. ſi deus es debui te adorare. ſi homo . potui iuxta te ſedere. Rex autem oracionem ouertens otra philoſophum intulit ymmo ſi homo ſum. non debuiſti me adorare. ſi deus ſum non debuiſti iuxta me ſedere Sapienter iſte reſpõdit ſed prudenter ille cluſit. ¶ De ſuperfluo cultu lxvij

Primis parẽtib⁹ fecit deus. perizomata poſt peccatum. et a criſto dicitur criſtianus. non duas tunicas habebitis ſed iuxta iohannis oſiliũ. qui habet duas tunicas det vnam non habenti . Superbus autem vt magnificus videatur ſatagit veſtiri duplicib⁹ ĩdui mollib⁹ precioſis ornari . Sed q̃d eſt hic precioſ⁹ ornat⁹ niſi ſepulchrũ foris dealbatũ it⁹ autẽ plenũ oĩ ſpurcicia. iacẽt⁹ et purpura ⁊ byſſ⁹ ĩ eodẽ limo putreſcũt dignitas ⁊ poteſtas male iacẽt ĩ puluere honor et gloria male ſedẽt ĩ cinere Quid igiẽ ſupbe philacteria dilatas ⁊ magnificas fimbrias. Diues ille q̃ ĩduebaẽ purpura ⁊ byſſo ſepult⁹ ẽ ĩ inferno Dina filia pᵃtriarche iacob antequã egrederetur vt ait ioſeph⁹ vt emẽt ornatũ ⁊ videret mulieres ꝓuĩcie pmãſit ṽgo . cũ autẽ exiuit ſychẽ fili⁹ ꝛegis amorẽ violẽt oppſſit holofern⁹ q̃ ſedebat ĩ conopeo ex purpura ⁊ auro ⁊ ſmaragdo

et lapidibus preciosis intexto iugulatus eſt a
iudith. q̄ cum prius vteret͛ cilicio tūc ornamē
tum iocūditatis aſſūpſit. Audi ſup hoc ſapien
tem. In veſtitu ne glorieris vmq̄ꝫ Et apl's In
veſte non leteris. nec ſit extrīſecus capillatura
aut circundacio auri aut veſtimētorum cultus

Contra ſuperfluum ornatum.

Attende quid cōmīet͛ dominus contra or
natum ſupfluū p pphetā pro eo q͛ eleua
te ſunt filie ſyon et āmbulauerūt extento collo
et nutibus oculorum ibant. Decaluabit domi
nus verticem filiaꝝ ſyon et crinē earum nuda
bit In die illa auferet dominus ornamentū cal
ciamentorum. laminas et torques et monilia
et armillas et mitras et diſcriminalia et peri
ſcelidas et murenulas et olfactoriola inaures
anulos et gemmas in fronte pendentes ꝛ mu
tatoria et pallia et lintheamīa et acus et ſpe
cula et ſindones ꝛ vittas et cetera. Et erit pro
ſuaui odore fetor. p ſona funiculus pro crine
criſpāti caluicium. pro faſcia pectorali cilicium
Ecce iuſta pena reddet͛ p culpa vt in eo quis
puniat͛ vnde deliquit. Audi ſuper hijs adhuc
alium pphetā. O tyre. byſſus de egipto varia
texta ē ibi ī velum. iacinctus ꝛ purpura de inſu
lis. eliſa facta ſunt opimentum tuum. dentes

eburneos et hebeninos commutauerūt in precio tuo. gemmā et purpurā et scutulatā et byſſū et ſericū et coccū proposuerunt ī mercatu tuo dedā institores tui in tapetib⁹ ad ſedēdū et repleta es et glorificata nimis ſ; nūc contrita es in mari et ī pfūdis aquaꝝ. opes tue. Ad nichilum deducta es et nō eris ī ppetuū. Qd plus defertur veſtib⁹ q̄ȝ virtutib⁹ c.lxix.

Um q̄dam philoſoph⁹ in habitu cōtēptibili adijſſet aulā pncipis et diu pulſans nō fuiſſ; admiſſ⁹ ſ; q̄ciēs tēptaſſ; īgredi tociens contigiſſ; repelli mutauit habitū et aſſūpſit ornatū Tunc ad p̄mā vocē adit⁹ patuit veniēti. q̄ procedēs ad principem pallium ſuum cepit venerabiliter oſculari Super quo princeps admirās cur hoc ageret exquiſiuit Cui philoſophus. Ego honorantem me honoro et quod virtus acquirere non potuit veſtis obtinuit O vanitas vanitatum plus honoris defertur veſtibus q̄ȝ virtutibus plus venuſtati q̄ȝ honeſtati. De fuſcatione colorum. capitulum. lxx.

Artificialis ſpēs ſupducitur et facies obducitur naturalis. tamq̄ȝ hominis artificiū ſuperet artem creatoris. Non ſic non ſic. Cōſiderate inquit lilia agri quomodo creſcunt non laborant neq; nent Dico autem

vobis quoniā nec ſalomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Abſit vt alte rinus color ſit ꝯpabilis natiuo quinymmo cum facies adulterino colore fuſcat̄ os abhomina bili fetore corrūpit̄. Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Salomō. Quid eſt enim vani⁹ ꝙ͂ pectere crines. planare ceſariem. tīgere ge nas. vngere faciem. ꝓducere ſupcilia qn̄ quidē fallax ſit gracia ⁊ vana pulchritudo Omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius quaſi flos feni q̄m tamq̄ꝫ fenum velociter areſcet ⁊ ſicut olera hba rum cito decidet. Vt autem ornamentū preterre am nc malignius ꝙ͂ verius videar aliquos ſuc cendere quid vanius ꝙ͂ ornare menſam matti libus. picturatis cultellis vanitatis ebore. va ſis aureis. vaſellis argēteis coppis ⁊ nappis vo calibus ⁊ gradalibus ſcutellis ⁊ coclearib⁹ ſur cinulis et ſalarijs bacilibus et vrceolis capſu lis et flabellis. Quid ꝓdeſt pingere cameras ditare ptcas palliare veſtibulum. ſubſternere pauimentū. ꝯponere lectū inflatū plumis op tū ſericis obductū cortinis ā eciā conopeo ſcrip tū ē enim. q̄mam cum morieť non ſumet omīa

## De immūdicia cordis. lxxi.

Non ē q̄ de cordis mūdicia valcat gloriari quoniam in multis offēdimus oēs. Et ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dixerimus qꝛ peccatum non habemus noſmet
ipſos ſeducim⁹ et veritas ĩ nobis nõ ē. Quis
eſt q̄ illud dicere valeat cum apoſtolo Nichil
michi ↄſcius ſum ſed in hoc iuſtificatus nõ ſũ
Quis eſt hic et laudabimus eum . Ecce int̄
ſanctos nemo ē ĩmutabilis celi nõ ſunt mũdi
in ↄſpectu eius . ⁊ in angelis ſuis reperit pra
uitatem . quãto magis abhominabilis ē homo
qui bibit q̄ſi aquam iniq̄tatem Penituit igit̄
dominũ qꝛ hominem feciſſet ĩ terra eo qꝛ mul
ta malicia hominũ eſſet in terra et cuncta cogi
tacio hominis omni tēpore ad malum intēta
et ideo tact⁹ dolore cordis ĩtrinſec⁹ deleuit ho
minē quē creauit Porro ſuphabũdauit iniq̄
tas ⁊ refriguit caritas multoꝝ . Oēs ſimul de
clinauerũt ĩvtiles facti ſũt nõ eſt q̄ faciat bo
num nõ ē vſq; ad vnũ Tota pene vita morta
lib⁹ plena ē peccatis vt vix valeat ĩveniri q̄
nõ deuiet ad ſiniſtra q̄ nõ reũtat̄ ad vomitũ q̄
nõ ↄputreſcat ĩ ſtercore . q̄ poci⁹ glorient̄ cũ
male fecerit ⁊ exultēt ĩ reb⁹ peſſĩs . repleti oĩ
ĩiq̄tate malicia et fornicacõe auaricia neq̄cia
pleni ĩuidia hõicidiĳs ↄtencõib⁹ . dolo maligita
te ſuſuratoēs detractoēs deo odibiles ↄtũelioſi
ſupbi elati ĩuētores maloꝝ pntib⁹ ĩobediētes
ĩſipiētes ĩpoſiti ſñ affcõe abſq; fedē ſñ mĩa

Talibus et peioꝛibꝰ mundus iſte repletus eſt
hereticis ſciſmaticis pfidis ꝛ tyrãnis ſymonia
cis et ypocritis ambicioſis et cupidis raptori
bus et predonibꝰ violentis ꝛ exactoꝛibꝰ· vſura
rijs et falſarijs impijs ꝛ ſacrilegis ꝓditoꝛibꝰ
et mendacibꝰ adulatoꝛibꝰ et fallacibus garru
lis et verſutis guloſis et ebrioſis adulteris et
inceſtuoſis mollibꝰ ꝛ immũdis pigris ꝛ negli
gentibꝰ vanis et ꝓdigis impetuoſis et iracun
dis impaciẽtibꝰ et inſtãtibꝰ veneficis ꝛ augu
ribus piuris ꝛ execratis preſũptuoſis et arro
gantibus incredulis· et deſperatis demũ vniũ
ſis vicijs irretitis· Porro ſicut deficit fumus
deficiant et ſicut fluit cera a facie ignis ſic pe
reant peccatores a facie dei·

Explicit ſecundus liber

Hic incipit tercius liber de quatuoꝛ doloꝛibus
in extremis C·lxxij·

Mali ſiquidem quatuoꝛ doloꝛes paciunť
in moꝛte · Primus doloꝛ eſt anguſtia
coꝛpoꝛea · tanta et tam grauis qualis
nec fuit nec eſt in preſenti vita· Unde ꝓpheta
lamentando in pſalmo ait Circumdederũt me

doloꝛes moꝛtis Non eſt membrum non eſt ar
ticulus in corpoꝛe quin penitus inuoluatur il
lo inexpugnabili doloꝛe · Secundus doloꝛ eſt
quando iam plene diffatigato corpoꝛe et ſuis
exhauſto viribus anima multo liberius videt
Et tunc in momēto occurrent omnia bona ſua
vel mala que fecit que omnia reducuntur ante
oculos interioꝛes Doloꝛ ille tantus et retracta
cio illa tam grauis eſt quod anima q̄ plurimū
turbata cogitur quaſi ſeipſam odiſſe Unde di
citur in pſalmo Toꝛrentes iniquitatis cõturba
uerunt me Tercius doloꝛ eſt quando anima ī
cipit ſeipſam iuſte diiudicare ⁊ ſibi pro iniq̄ta
tibus ſuis ſingula omnia et debita gehenne
toꝛmenta videt imminere Unde dicitur in pſal
mo Circumdederunt me doloꝛes īferni · Quar
tus doloꝛ eſt quando anima adhuc in corpoꝛe
poſita videt ſpiritus malignos ad rapiendum
ſe paratos Ubi tantus doloꝛ eſt et timoꝛ q̄ mi
ſera aīa licʒ extincta q̄ diu pōt ēffugiat ⁊ tēp⁹
ſue captiuitatis retardet anq̄ de corpe exeat
Exibit ſpūs ei⁹ ⁊ · ¶ De putredie cada 13
uerum reuētet ī terram ſuā ī illa die peribūt oēs
cogitaciones eorum · O quot et quāta moꝛta
les de mūdāe ꝓuiſiōis ītitudie cogitāt ſʒ ſub
ītpēte moꝛtis artic'lo acta q̄ cogitauerāt ſicut

vmbra declinans euaneſcit et excuſſi ſunt ſi
cut locuſta. Exibit ergo ſpūs non volūtarius
ſed inuitus quia cum dolore dimittit quod cū
amore poſſedit. ac velit nolit ꝯſtitutꝰ ē ei ter
minus quem preterire non poteſt. in q̊ terra re
uertet̄ in terram. Scriptū eſt enim. terra es ⁊
in terram ibis. Naturale quidē eſt vt materia
tum in materiam reſoluat̄. Aufert ergo ſpiritū
eorum et deficient et in puluerem ſuū reuertē
tur. Cum autem moriet̄ homo hereditabit beſti
as et ſerpentes ⁊ vermes. Omnes enim ī pul
uere dormient et vermes operient eos. ſicut
veſtimentū ſic cōmedet eos vermis. ⁊ ſicut la
nam ſic deuorabit eos tinea. Quaſi putredo
ꝯſumendus ſum ait iob ⁊ quaſi veſtimentum
quod comedit̄ a tinea. Putredini dixi pater
meus es mater mea ⁊ ſoror mea vermibꝰ. Ho
mo putredo ⁊ filius hominis vermis. O q̄ tur
pis pater q̄ vilis mater. q̄ deteſtabilis ſoror
Conceptus eſt enim homo de ſanguine per ar
dorem libidinis putrefacto. cuius tādem cada
ueri quaſi funebres vermes aſſiſtūt. Viuos ge
nuit pediculos ⁊ lūbricos. mortuus generabit
vermes ⁊ muſcas. Viuus ꝓducit ſtercus ⁊ vo
mitum. mortuus ꝓducit putredinem ⁊ fetorē
Viuus hominē inimicū inpinguauit. mortuus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vermes plurimos impīguabit. Quid ergo fe tidius humano cadauere. quid horribilius ho mine mortuo. cuius gratiſſim⁹ amplexus erat in vita. moleſtiſſimus eciam erit aſpectus in morte Quid ergo proſūt diuicie. quid epule quid delicie. non liberabūt hominem a morte non defendēt a verme nō eripiēt a fetore. qui mō ſedebat glorioſ⁹ ī throno. mō iacet deſpec t⁹ ī tumulo. q̄ mō fulgebat ornat⁹ ī aula. mō ſordet nud⁹ ī tūba. q̄ modo veſcebat̄ delicijs ī cenaculo modo cōſūit̄ a vermib⁹ in ſepulchro

De triſti memoria dampnatoꝝ. ca lxxiiij.

Vindicta carnis īpij ignis ⁊ vermis. vtqꝫ duplex. interior. qui rodit et vrit cor ex terior q̄ rodit et vrit corpus vermis inquit eorum non morietur ⁊ ignis eorum nō extīg uetur Dabit enim dominus vermes et ignem in carnem eorum vt vrantur et ſenciant ī ſem piternū Vermis ɔſcīe ꝯplicat̄ lacerabit. Affli gꝫ memoria. torquebit peītēcia turbabit an guſtia. Venient enim in cogitacione peccatoꝝ ſuorum timidi ⁊ traducet illos ex aduerſo ini quitas eorum. dicentqꝫ. Quid ꝓfuit nobis ſupbia. ⁊ iactācia diuiciarum q̄d ɔtulit nobis Trāſierūt oīa illa tāq̄ ūbra ⁊ tāq̄ nūci⁹ pcur rēs ⁊ tāq̄ nauis q̄ ptranſit fluctuantem aquā

cuius cum preterierit non eſt veſtigiũ inuenire
Sic et nos nati ↄtinuo deſiuimus eſſe et vir
tutis quidẽ nullũ ſignum valuimus oſtendere
ſed in malignitate noſtra ↄſumpti ſumus . Cũ
ingenti turbacõne recogitabunt que crimina
cum delectacõne geſſerũt vt ſtimulꝰ memorie
pungnat eos ad penam quos oculus nequicie
ſtimulauit ad culpã. ¶ De vtili penitẽcia re
proborum. lxxv C.

Dicent intra ſe penitẽciam agẽtes Errauimꝰ a via veritatis ⁊ lum̃ iuſticie nõ illux
it nobis. Tũc incipiẽt dicere mõtibus cadite
ſuper nos. ⁊ collibus. operite nos . Penitebũt
ad penam ſed non ↄuertent̃ ad veniã. Juſtũ ẽ
enim vt quia noluerũt cum potuerũt non poſ
ſint cum velint. Dedit enim eiſdem locũ peni
tencie et ipſi abutunt̃ eo. ꝓpterea ille diues q̃
cruciabat̃ in flãma ad abraham dicebat . Ro
go te pater vt mittas lazarũ in domũ patris
mei. habeo enim quinq; fratres. vt teſtet̃ illis
ne ⁊ ipſi veniant in hunc locum tormentorum
Cui cum reſpõdiſſet. habent moyſen et ꝓphe
tas audiãt illos. ſubiũxit . Non pater abrahã
ſʒ ſi quis ex mortuis ierit ad eos . penitẽciam
agerent. Agebat ⁊ ipſe penitẽciam in inferno
quia recognoſcebat illam inutilem penitenciã

rogabat vt annũciaret hoc fr̃ibus ſuis q̃tenꝰ ageret penitẽciã i hoc ſeculo fructuoſ ã· q2 tũc ꝓdeſt homĩ penitere cũ poteſt peccare· ¶ De ineffabili pena dampnatorũ ca lxxvi ·

Videntes turbabuntur timore horribili ge mẽtes pre ſpũs ãguſtia ⁊ dicentes · Hij ſunt quos aliquando habuimus in deriſum et in ſimilitudinem improperij · Nos inſenſati vitam eorum eſtimabamus inſaniam et finẽ illorũ ſine honore · Ecce quomodo ↄputati ſũt inter filos dei · et inter ſanctos · ſors illorum eſt · Supplicium malorum erit intueri gloriã ſanctorũ licet forte poſt iudiciũ vel pꝰ finẽ iu dicij beati q̃dẽ viſuri ſũt reꝓbos ĩ tormentis iuxta illud letabit̃ iuſtꝰ cũ viderit vĩdictã· la uabit manꝰ ſuas ĩ ſang̃ne peccatoris · Reꝓbi vero nõ ſũt viſuri beatos ſecũdũ illud Tollat̃ ĩpiꝰ ne videat gloriã dei Talia peccatores in ĩferno ꝓferent qm̃ ſpes ĩpij tanq̃ lanugo ẽ q̃ a uẽto tollit̃ ⁊ tanq̃ ſpuma g̃cilis q̃ a ꝓcella diſp git̃ ⁊ tanq̃ fumꝰ q̃ a uẽto diffuſꝰ eſt ⁊ tanq̃ me moria hoſpitis vniꝰ pretereũtis diei · De ig

Ignis gehẽne nec ligĩs nutrit̃ ſ3 a deo creatꝰ ẽ iextĩguibilis ab origĩe mũdi ſcptũ ẽ ei deuorabit eũ ignis qui non ſuccẽditur· Credit̃ aũt eſſe ſub terra iuxta illud propheticum

Infernus ſub terra ꝯturbatus in occurſū aduẽ
tus eius . Sed et omnis locus reprobis eſt
penalis qui ſemꝑ deferūt ſecum cruciatum et
vbiqꝫ ꝯtra ſe tormentū incurrūt . Perducam
inquit ignem ĩ medio tui qui cõmedet te . Ign
is autem gehenne ſemꝑ ardebit ⁊ nūq̄ luce
bit . ſemꝑ vret ⁊ nūq̄ ꝯſumet . ſemꝑ afficiet
⁊ nūq̄ deficiet . eſt enim apud inferos ſūma
tenebrarū obſcuritas . immenſa penarū acerbi
tas infinita miſeriarū eternitas . Ligatis inq̄t
pedibꝰ et manibus . mittite eum in tenebras
exteriores ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium . Si
gula membra ꝓ ſuis peccatis ꝓpria ſuſtinebūt
tormenta . vt in eo puniāẗ in quo peccauerūt
Scriptum eſt enim . Per que peccat homo ꝑ
hec et torqueẗ . vnde qui in lingua peccauit in
lingua cruciabiẗ . Propterea ille diues clama
uit . pater abrahā miſerere mei et mitte lazaꝝ
vt intinguat extremū digiti ſui in aqua vt re
frigeret linguā meam quia crucior in hac flā
ma .

¶ De tenebris inferni . C lxxiij .

Reprobi vero non ſolum exterioribus ſed
etiā tenebris interioribus inuolueẗ . q̄
ſpūali pariter et corpali luce carebunt . Sc̄ptū
eſt enim . Tollaẗ impius ne videat gloriā dei
qui ſolus tunc erit in lucē ſempiternā . Tātā

autem in penis reprobi tollerabunt anguſtiã
vt vix aliquid cogitare valeant preter penas
ſꝫ illuc dirigent impetum cogitacõis vbi ſen
tient dolores. Exemplum. Sane diſcipul9
quidam fertur apparuiſſe magiſtro poſt mortẽ
quem cum magiſter ĩtellexiſſet eſſe dampna
tum queſiuit ab eo ſi alique queſtiones quere
rent apud inferos. qui reſpõdiſſe dicit. Apud
inferos ſolummodo queri ſolet quid ſit pena
quid culpa Sed ⁊ ſalomon ait Necopes nec
racio nec ſapiencia. nec ſciencia eſt apud infe
ros quo tu ꝓperas Erit enĩ ĩ reꝓbis tãta mẽ
tis obliuio. tãta cecitas aĩmi. tãta ꝯfuſio racio
nis vt raro vel numq̃ ad cogitandũ quicq̃ de
deo poſſit aſſurgere. nec eciam ad ꝯfitendum
valeant reſpirare. Namqꝫ a mortuo tãq̃ ab
eo qui non eſt perit ꝯfeſſio Scriptum eſt enĩ
Nõ mortui laudabũt te domine neqꝫ omnes
qui deſcendunt in infernum. Non infernus
ꝯfitebitur tibi. neqꝫ mors laudabit te. De
Dimitte. confuſione penarum. c lxxix
me domine ait iob vt plangam paululũ
dolorẽ meũ anq̃ vadã et nõ reũtar ad terram
tenebroſam et opertam mortis caligine ter
ram miſerie ⁊ tenebrarum vbi ũbra mortis ⁊ nul
lus ordo. ſed ſempitern9 horror inhabitat

Ordo quidem eſt in quãtitate penarũ. quoniã
in qua menſura menſi fuerĩt remetief eis . ut
qui grauius peccauerũt grauius puniant Po
tentes potenter tormenta pacient ſed ordo nõ
erit ĩ qualitate quia de aquis niuium trãſibũt
ad calorem nimium . vt ſubita ↄtrariorũ muta
cio grauiorem inferat cruciatũ Experimento cong
noui q adustus ſi frigidum ſtatim adhibeat
ardẽciorem ſenciat cruciatum. ¶ De indeficiẽ
cia tormentorũ. c lxxx . . . . . . . . .

Sicut oues ĩ inferno poſiti ſunt . mors de
paſcet eos Dictum ẽ hoc a ſimilitudine
iumentorum q̃ non radices herbarum radicitus
euellunt ſz ſolummõ ſũmitates carpunt vt ite
rum renaſcant ad paſtum Sic et impij quaſi
morte depaſti reuiuiſcẽt ad mortem vt eterna
liter moriant et incõſumpti acter crucientur
ſemp qz renaſcẽs non perit vt poſſit ſepe pe
tere iecur Tunc erit mors immortalis. Viuent
tunc morti qui vite ſunt mortui. querẽt mortẽ
et nõ inuenient eam qui vitam habuerũt . Jo
hannem audi in apocaliphſi dicẽtem. Jn dieb9
illis querẽt homines mortem ⁊ non inuenient
eam. et deſiderabũt mori ⁊ fugiet mors ab eis
O mors q̃ dulcis eſſes illis quibus tamẽ ama
ra fuiſti. Te ſolam deſiderãter optabũt qui te

ſolam vehemēter oderūt. ¶ Cur reprobi nūq̄ liberabunt̄ capitulum. lxxxi.

Nullus ergo blandiat̄ ſibi et dicat q̄ de⁹ in finem non iraſcetur neq̄ ineternum indignabit̄ ſ; miſeraciones eius ſuper omnia opera eius quia cum iratus eſt non obliuiſcit̄ miſereri nec quicq̄ eorum que fecit odiuit aſſumens in argumentum erroris quod ait dominus per ꝓphetā Congregabūtur in ꝯgregacōne vni⁹ faſcis in lacū ⁊ claudent̄ in carcerem. et poſt multos dies viſitabunt̄. Nō nam q̄ peccauit ad temp⁹. nō ergo de⁹ puniet in eternū O ſpes ianis ⁊ o falſa preſūpcō. Non credas fruſtra errore decept⁹ q̄ aliq̄ redimendus ſis precio q̄niā ī īferno nulla eſt r̄edempcō Cōgregabunt̄ ergo peccatores et claudēt̄ in carcere id eſt in īferno in quo ſine corporibus vſq̄ ad diem iudicij torquebunt̄ et poſt multos dies poſq̄ reſurgent viuent cum corporibus in nouiſſimo die Viſitabuntur non ad ſalutem ſed ad vindictam quia poſt diem iudicij grauius punientur ſicut et alibi dicitur Viſitabo in virga iniquitates eorum et in verberib⁹ peccata eoꝝ Predeſtinatis ergo de⁹ iraſcit̄ tēporaliter. q̄ flagellat omnē filiū quē recipit de q̄b⁹ iſtud accipit̄. Nō ī finē iraſcet̄ ⁊c̄

Reprobis autem deus iraſcet̃ eternaliter quia
iuſtum eſt q̃d impi⁹ in ſuo preuaricat̃ eterno
deus vlaſcat̃ ſuo. Nam licet facultas peccãdi
ipſũ dimittit ipſe tamẽ non dimittit volũtatẽ
peccãdi. Scptum tamen eſt enim. Supbia eo
rum qui te oderũt aſcendit ſemper. Non hũi
habunt̃ reprobi quaſi iam diſpati de venia. ẜ
malignitas odiȷ̃ tãtum in illis excreſcet vt ve
lint omnes per quem ſciunt ſe tam infeliciter
eſſe ipſum non eſſe. Maledicẽt altiſſimo blaſ
phemabũt excelſum. ↄquerentes eum eſſe ma
lignum qui creauit illos ad penam et numq̃
inclinet̃ ad veniam. Johannem audi inapoca
lipſi dicentẽ. Grando magna deſcendet de celo
in homines et blaſphemauerũt homines deũ
ꝓpter plagam grãdinis q̊niam magna facta ẽ
vehementer. Voluntas ergo dampnati licet
amiſerit effectũ poteſtatis ſemp tamẽ habebit
affectum malignitatis et ipſa erit in inferno
ſuppliciũ q̃ fuerat in mundo peccatũ licet forſã
et ibi peccatũ ſit ſed non meritũ pene Jmpius
ergo quia ſemp habebit reatum ex culpa ſemp
ſenciet cruciatũ ex pena quia q̃d ipſe per peni
tenciam non deleuit. deus per indulgenciã non
remittet. Ad magnam ergo ptinet iuſticiã iu
dicãtis vt in gehenna non careant ſupplicio q̃

nūq̄ꝫ in vita voluerunt peccatis carere Voluiſ
ſent vtiqꝫ ſine fine peccaſſe ſi ſine fine viuere
potuiſſēt Oſtēdūt enī ꝙ ſēp ī peccato viuere
cupiūt q̄ numq̄ꝫ peccare deſinunt dum viuunt

¶ Teſtimonia de ſupplicijs eternis lxxxij.

Quis inq̄t yſaias poterit ex vobis habita
re cum ardoribꝰ ſempiternis. Iſti fumꝰ
erunt in feruore nimio. ignis ardens tota die
Nocte et die non extinguetur ſed aſcendet fu
mus eius in ſempiternum. ¶ Ieremias. Da
bo vos in obprobrium ſempiternum et igno
miniam eternam que numquam obliuione
delebit. ¶ Daniel. Multi de hijs q̄ dormiūt ī
terre puluere euigilabunt. alij in vitā etnam
alij in obprobrium vt videant ſemper. Salo
mon. Mortuo homine impio nulla ſpes erit
de eo huic extimplo veniet perdicio ſua. et ſub
ito contereretur. nec habebit vltra medicinam
¶ Iohannes. Hic bibet de vino ire dei et cru
ciabitur. igne et ſulphure et fumus tormen
torum aſcendet in ſecula ſeculorum. neqꝫ ha
bebit requiem die ac nocte qui adorauerit beſ
tiam et ymaginem eius. Confirmat hoc veri
tas qui cōdempnandos ī iudicio ſentēcialiter re
probat. Ite maledicti in ignem eternum qui
preparatus eſt dyabolo ⁊ angelis eius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si ſecundum diuinū iudicium in ore duorū vel trium ſtat omne verbum quāto magis in ore tot et tātorum virorū de ꝓpoſita veritate con ſtabit. ¶. De die iudicij .c lxxxiij.

Ecce ergo dies domini veniet crudelis et indignacōne plenus et in ira ⁊ furore ad ponendum terram in ſollicitudinē et peccatores ɔterēdos de ea. q̄niam ſplendor celi ⁊ ſtelle eius non expandēt lumen ſuum. obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo .luna non ſplēdebit lumine ſuo ⁊ viſitabo ſup orbem mala ⁊ contra impios iniq̄tates eorum et q̄eſcere faciam ſupbiam infidelium et arrogāciam forciū hūiliabo ꝓpter hoc diſſoluent̄ omnes manus et omne cor tabeſcet et ɔteret̄ Torciones et dolores tenebūt quaſi parturientes dolebūt .vnuſquiſqȝ ad ꝓximum ſuum ſtupebit. facies ɔbuſte vultus eoꝝ dies illa dies ire dies tribulacōnis et āguſtie dies calamitatis et miſerie. dies tenebraꝝ ⁊ caliginis dies nebule ⁊ turbinis. dies tube ⁊ clāgoris. quia ɔſūmacōnem cum feſtinacōne faciet dominus cūctis habitātibꝰ terram et ſupueniet repentina dies illa tamq̄ laqueus in oēs qui ſedent ſup faciem omnis terre .q̄niā ſicut fulgur exit ab oriente et apparet vſqȝ in occidentem. Ita erit aduentus filij hominis. Dies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

enim domini ſicut fur ita et in nocte veniet cū
dixerint pax et ſecuritas tunc repentinus eis
ſuperueniet interitus ſicut dolor ī vtero habē
tis et non effugient ¶ De tribulacione prece
Precedet autē tribulacō // dente · lxxxiiij
magna qualis nūq̄ fuit ab inicio mūdi
vſq; modo nec vmq̄ fiet Et niſi breuiati dies
eſſent illi non fieret ſalua omnis caro · Surg;
enim gens ↄtra gentem et regnum aduerſus
regnum et terremotus magni erunt p loca rē
Surgēt pſeudo ꝓphte ꝛ pſeudo xpī et dabunt
ſigna ꝛ ꝓdigia vt ī errorē ducant ſi fieri pret
eciā electi · Tūc reuelabit homo peccati · filiꝰ
perdicōnis qui aduerſat et extollitur ſuper
omne quod dicit aut q̊d colitur deus ita vt ī
templo dei ſedeat et oſtēdat ſe tāmq̄ ipſe ſit
deus · quem dominus iheſus interficiet ſpiritu
oris ſui Mittet helyas ꝓpheta priuſq̄ veni
at dies domini magnꝰ et horribilis ꝛ ↄuertet
corda patrū ad filios et cor filiorū ad patres
cum quo veniet enoch et prophetabūt diebꝰ
mile ducētis lx amicti ſaccis · Et cū finierint
teſtimoniū ſuū beſtia q̄ aſcēdit de abyſſo faci
et bellum contra ipſos et vicet eos et occidet
Corpora illorum iacebūt in plateis ciuitatis
vbi dominus illorum crucifixus eſt et poſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tres dies et dimidiū ſpiritus vite in eos intra
bit. ¶Qualiter veniet dominus ad iudicium
capitulum lxxxv.

Statim poſt tribulacōnem dieꝝ illorū ſol
obſcurabit᷑ et luna non dabit lumen ſuū
et ſtelle cadent de celo et virtutes celorū moue
buntur et tunc apparebūt ſigna filij hominis ī
celo plāgent ſe omnes tribus terre ⁊ pñcipes
et tribum ⁊ diuites et fortes ⁊ omnis ſeruus
et liber abſcōdent ſe in ſpelūcis ⁊ in petris mō
cium et dicent mōtibꝰ et petris Cadite ſuper
nos ⁊ abſcōdite nos a facie ſedētis ſuper thro
num et ab ira agni qm̄iam veniet dies ire im
pioꝝ et quis poterit ſtare Et mittet angelos
cum tuba ⁊ voce magna et ꝯgregabūt electos
a quatuor ventis celi a ſūmis celorū vſqꝫ ad
terminos eorum Tunc ipſe dominꝰ in iuſſu ⁊
voce archāgeli in tuba dei deſcēdet de celo et
omnis qui in monumētis ſūt audient vocē filij
dei et ꝓcedēt qui bona fecerūt in reſurrectionē
vite Qui vero mala egerūt in reſurrectionem
iudicij Mors et infernus dabūt mortuos ſuos
qui in ipſis erāt et videbit omnis populus et
qui eum pupugerūt filiū hominis venientē in
nubibus celi Cum virtute magna et maieſta
te veniet dominus ad iudicium nō ſolum cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

angelis ſʒ cum ſenioribus populi ſui. Nobilis
in portis vir eius cum ſederit cum ſenioribus
terre. ſedebunt enim et ipſi ſuper ſedes xij
iudicantes duodecim tribus iſrahel Aſpiciebā
inquit donec throni poſiti ſunt et antiqu⁹ di
erum ſedit et veſtimentū ei⁹ quaſi nix candi
da et capilli capitis eius quaſi lana munda
Thronus eius quaſi flamma ignis. rote ei⁹
ignis accenſus. fluuius igne⁹ rapidusqʒ egre
diebať a facie eius. Milia miliū miniſtrabāt
ei et decies cētenamilia aſſiſtebāt ei. Deus
manifeſte veniet de⁹ noſter ⁊ nō ſilebit. Ignis
in conſpectu eius exardeſcet et in circuitu eius
tēpeſtas valida. Nubes et caligo in circuitu ei⁹
iuſticia et iudicium correccio ſedis eius. Et
aduocabit celum de ſurſum et terram diſcerne
re populū ſuum. nam ⁊ congregabūť ante ~~omnes~~
omnes gētes ⁊ ſepabit eos ab inuicē ſicut paſtor
ſegregat oues ab hedis. et ſtatuet quidem oues
a dextris. hedos autē a ſiniſtris. ¶ De potē
Quantus  cia et iuſticia iudicis. lxxxvi
ēit timor ⁊ tremor quāt⁹ geīt⁹ ⁊ flet⁹ nā
ſi colūpne celi contremiſcēt et pauebūt in aduē
tu ei⁹ ⁊ angeli pacis amare flebūt peccatores
aūt qd faciēt Si iuſt⁹ vix ſaluabiť ipi⁹ ū pe
biť propterea clamat propheta. nō intres i iudiciū ⁊c̄

domine quia non iuſtificabitur in ꝯſpectu tuo
omnis viuẽs Si iniq̄tates obſeruaueris dn̄e
domine quis ſuſtinebit Quis enim non time
at iudicem potẽtiſſimū ſapiẽtiſſimū et iuſtiſ
ſimū. Potẽtiſſimū quem nemo poteſt effuge
re. ſapiẽtiſſimū quem nemo poteſt latere. iuſ
tiſſimū quem nemo poteſt corrūpere. Si for
titudo querit̃ robuſtiſſim⁹. eſt et ſapiẽs corde
⁊ fortis robore. ſi eq̄tas iudicij nemo audet ꝓ
me teſtimoniū reddere Si iuſtificare me volu
ero os meū ꝯdẽpnabit me. ꝓuū me cō ꝓbabit
eciam ſi ſimplex fuero. ipſe dixit et facta ſunt
ipſe mādauit et creata ſunt. Qui vocat ſtellas
⁊ dicūt aſſum⁹ Qui facit āgelos ſuos ſpiritus
et miniſtros ſuos ignem vrẽtem. cuius volun
tati omnino nichil reſiſtit cui nullū verbū eſt
impoſſibile. cui flectit̃ omne genu celeſtium
terreſtriū et infernorū Hunc ergo nemo effu
gere poteſt dicẽte ꝓpheta Si aſcẽdero in celū
tu illic es. ſi deſcẽdero ad īfernū tu ades Ipſe
ſcrutat̃ renes et corda. cuius oculis nuda ſūt
omnia et apta. Qui pluuie guttas et arenas
maris dinumerat. deus ſciẽciaꝝ dominus preſci
us omniū ⁊ ꝯſcius ſinguloꝝ occultoꝝ. omniū i
dagator. Hunc ergo nemo poteſt latere ſicut
ait apoſtolus. Nō ē vlla creatura inuiſibilis ī

ɔſpectu eius ipſe iudex iuſtus fortis et potẽs
qui nec precio nec odio nec amore declinat a
rectitudinis tramite ſed viam rectam ſemp in
cedens nullum malum preterit impunitum et
nullum derelinquit bonũ irremuneratum. Huc
ergo nemo poteſt corrumpere. iuxta quod in
quit pſalmiſta Tu reddes vniciuiqꝫ iuxta opa
ſua. De diuino iudicio. lxxxvij.

QUis enim non timeat illud iudicium in q̊
idem erit accuſator. aduocatus. et iu
dex. Accuſabit enim cum dicet. Eſuriui et nõ
dediſtis michi manducare ꝛc̃. Aduocabit cum
ſubdet. q̄ꝺ diu ex minimis meis non feciſtis
nec michi feciſtis. Iudicabit cum inferet Diſ
cedite a me in ignem eternum. Non erunt
in illo iudicio teſtes neceſſarij quia manifeſta
erunt abſcondita tenebrarum. Nichil enim
occultum quod non reuelaretur. Tunc libri
aperti erunt et iudicabuntur mortui ex illis
que ſcripta ſunt in libris ſecundum eorum
opera. O quantus erit pudor in peccatori
bus. quanta confuſio in mentibus. cum eo
rum nephandiſſima crimina cunctis liquida
erunt ac manifeſta. Cap. lxxxviij.

BEati quorum remiſſe ſunt iniquitates et
quorum tecta ſunt peccata

beatus vir cui non iputauit dominus peccatū
Ab illa ſnīa nūq̄ poterit ꝓuocari · quia pater
omne iudiciū dedit filio · qui claudit et nemo
aperit · aperit ꝛ nemo claudit quia os domini
locutum eſt · ¶ Qd nichil proderit dampna
tis · capitulum lxxxix ·

Tunc enim non ꝓderunt opes nec defen
dent honores nec ſuffragabuntur amici
ſcriptum eſt enim Argentū et aurum non vale
bit liberare eos in die furoris domini · Flebunt
ꝛ plangēt reges terre cum viderīt fumos incē
dii ꝓpter timorem tormētoꝝ eius · Quid ergo
faciem⁹ in diebus iuſtificacōnis ꝛ calamitatis
de longe veniētis ad cuius fugiem⁹ auxilium
Vnusquiſqꝫ onus ſuum portabit Anima q̄ pec
cauerit morietᷣ O diſtrictū iudiciū in quo non
ſolum de factis ſꝫ eciam de verbo ocioſo quodcū
qꝫ locuti fuerīt homines locuti reddituri ſunt
racionem · et in quo vſqꝫ ad nouiſſimū quadrā
tē exigetᷣ debitum cum vſura · Mittet enim do
minus ſeu filius hominis āgelos ſuos · et colli
gent de regno eius omnia ſcādala ꝛ eos qui fa
ciunt iniq̄tatē ligabūt ī faſciculis ad ꝯburēdū
ꝛ mittēt eos in caminū ignis ardētis · ibi erit
fletus ꝛ eximius eiulatus ꝛ vlulatus · luctus ꝛ
cruciat⁹ ſtridor ꝛ clamor timor ꝛ tremor dolor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et labor · ardor et fetor · obſcuritas et anxie
tas · acerbitas et aſperitas · calamitas et egeſ
tas · anguſtia et triſticia · obliuio ⁊ ↄfuſio · tor
tiones et punctiones · amaritudines et terro
res · fames et ſitis · fumus · ſulphur · ignis ar
dens in ſecula ſeculorũ · Unde nos liberet de⁹
nr̄ q̄ benedict⁹ ē p̄ infinita ſecula ſeculoꝝ Amē

Explicit Innocẽcius
De miſeria humane
condicionis · laudetur
deus eternaliter

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vita vdonis epiſcopi incipit feliciter.

Anno domini nongẽteſimo ottone imparã te apud partinopolĩ qđ eſt meydeburch in ſaxonia contigit prodigium mirabile ⁊ terribile et ab hominib⁹ inauditum . Quod quẽadmodum factum ſit . ſtilo veraci referam vt oĩbus innoteſcat . ꝙ malum et ꝙ dampnabile ſit in ſtatu prelacionis turpiter viuere et patrimonium criſti res videlicet eccleſie iniuſte detrahere et ſcandalorum fetoribus ſubditos corrumpere . et moniales deo dicatas auſu temerario violare . In predicta igitur vrbe ſcolaris quidam nomine vdo . liberalib⁹ litteris inſudabat . Qui cum eſſet obtuſus ingenij . nichil omnino proficere potuit . quantũcumq; a magiſtris verberib⁹ torqueretur . Quadam nãq; vice poſt enormes plagas de ſcolis exiens eccleſiam maiorem ad honorem ſancti mauricij ſociorumq; eius magnifice fabricatũ intrauit Ibiq; cum ingenti deuocione ſe proſternens regine celi clemenciã et beati mauricij patrocinium pro illuminacõne ſui ingenij ĩplorauit At ipſe in prece poſitus aliquantulum obdormiuit . Cui protinus mater miſericordie apparens dixit Audiui oracionem tuam et vidi af

flictionē tuā Et ecce nō ſolū ſciēcie mun⁹ tibi
tribuo · ymmo eciam poſt mortem archiepiſco
pi qui nunc preeſt eccleſiam principis mei
mauricij · tue fidelitati recōmendo · Quam ſi
bene rexeris premium grande ↄſequeris · ſi au
tem male · in anima et corpore morieris · Et
hijs dictis beata virgo diſparuit · et iuuenis
euigilans ſcolas more ſolito repetiuit · Cūqꝫ
ad loquendum aperuiſſet os ſuum · cepit om
nibus diſputando ↄcludere et in omni ſciēcia
pitiſſimus apparere · Stupebant autem ōnes
qui eum audiebant · dicentes · Vnde huic tanta
et tam inſpirata ſciencia · Nonne iſte eſt vdo
qui heri mactabatur vt pec⁹ et ecce hodie ꝓ
batur eſſe philoſophus · Poſt biēnium archi
epiſcopus meydenburgenſis moritur · Vdo a
cūctis electus metropolitanus efficitur · Con
firmatus igitur et pallio decoratus · aliquantu
lum temporis bene vixit Et quia honores mu
tant mores cepit proceſſu temporis conſiliū
matris dei negligere et proprie ſalutis īme
mor eſſe et voluptatibus deſeruire et dilapida
re eccleſie facultates · et non ſolum ſeculares
feminas ſed eciam velatas violare · inſuperqꝫ
qđ deterius eſt abſqꝫ vllo timore ad omnia
flagiciorum genera habenas laxare

Sicq; ꝯuerſa eſt eius vita omnib⁹ odioſa oībusq; prochdolor deteſtanda. Cumq; per multa ānorum curricula memoratus epiſcopus aerem mūdumq; totum ſuis ſcelerib⁹ corrupiſſ; et quadam nocte nigratum monialium abbatiſſam de regali cenobio quod tunc vallis liliorum dicebatur ciſterciēſis ordinis. ſecum habuiſſet audiuit vocem in hec verba terribilit intonantē. Ceſſa de ludo quia luſiſti ſatis vdo. Hijs auditis multum admirās. ficticium ſuſpirabatur. Et mane facto rurſus ſe delicijs īuoluit. factus q; durus quaſi lapis. ad prodigioſe vocis comminacōnem minime ꝯpūgebatur Sequenti eciam nocte vocem ſimilē audiuit quam paruipendēs ſtultus ille in duricia ſua permāſit. Nocte igit̄ tercia apud abbatiſſā predictam cubans. cum nephandum opus cōmixtionis libidinoſe exerciuiſſ; vox ſepedicta cum ingenti fragore intonuit dicens. Ceſſa de ludo quia luſiſti ſatis vdo. Hac igitur voce audita vehementer ſtupefactus aliquantulum ingemuit ſed non reſipuit verum dampnacioni iam proximus miſer ille coruinum cras ſepe neq̄ ad penitencie lauachrum applicauit. Mira dicturus ſū vera tn̄. que ſi ſaxones apud q̄s geſta ſunt tacerent. lapides clamarent ſicut

ſequencia manifeſtant . Poſt menſes igitur
tres canonicus quidam eccleſie meydenburgē
ſis fredericus nomine in choro ſancti mauri
cij exiſtens . et oracioni feruencius inſiſtens
deum pro ſancta eccleſia deprecabatur maxi
me intencius pro ſuo metropolitano vt iuſtꝰ
omnium iudex . aut cicius morbidum caput . ſci
licet vdonem epiſcopum per interitum de me
dio tolleret . aut certe ī melius ꝯmutaret . Ver
ba enim illa pondus habuerunt . Et ecce ſecu
ta eſt viſio nimis horribilis et cunctis morta
libus metuenda . maxime eccleſiarum rectori
bus . qui gregem dominicum ſibi ꝯmiſſum pre
cedentes et malis exemplis inficientes preci
pitant ſepius in infernum . Vidit ergo et ecce
ventus omnes lampades eccleſie pariter ex
tinxit . quapropter nimio terrore correptꝰ lo
co adheſit ſteterunt come vox intercluſa eſt
Tunc venerūt duo iuuenes duos cereos geſ
tantes et ad altare ꝓcedentes hincinde iuxta
cornua aſtiterunt Poſt quos ingreſſi ſūt alij
duo quorū vnus tapecia ante altare decenter
ſternebat alter vero duas aureas cathedras
deſup collocauit pꝰ illos alter q̄dā ſolꝰ ītrauit
q̄ velut pugil ſtrēnuus īcidebat euaginatū te
nēs gladiū ⁊ ſtās ī medio ecc̄ie ualēt clābat

Omnes ſancti quorum hic habentur reliquie ſurgite et venite ad iudicium dei. His dictis apparuit maxima ⁊ prefulgida multitudo vtriuſqꝫ ſex⁹. alij militari habitu adornati alij eciam pontificalibus infulis inſigniti Et hij omnes chorum intrauerunt et ſecundum ordinem et ſecundum merita ſua hincinde ſe inuicem locauerunt. Tunc eciam duodecim viri introierunt. in quorum medio gradiebatur quidam ſole ſplendidior regio dyademate et ſceptro ornatus. eciam apoſtoli aderãt. et iheſus criſtus dominus celi et terre. Quem mox omnes vt viderunt deuotiſſime adorauerunt et ſup cathedram ſedere fecerũt Affuit preterea regina celorum quam clariſſima turba virginum ſequebatur Beati vero omnes dei matrẽ honorantes genicularit er ſuſceperunt Cui criſt⁹ mox occurrens et eius manum apprehendens iuxta ſe venerabiliter collocauit Et ecce poſtremo apparuit ſanctus mauricius dux glorioſus cum ſua legione ſex milibus ſexcentis ſexagitaſex. qui vnanimiter ſe proſternentes adorauerunt dicentes Iudex equiſſime et conditor ſeculorum da iudicium Hijs dictis ſurgentes ſteterunt reuerenter preſtolantes Quibus dominus ſurgens reſpondit. Vos ſancti quid

queritis Et reſponderunt · Vdonem epiſcopū Et adiecit · Portate vdonem · Quem de latere abbatiſſe trahentes miſerabiliter adduxerūt Quem ſanctus mauricius ſeuerius intuens dixit · Domine mi iudica · Ecce iſte vdo non epiſcopus ſed lupus · non paſtor ſ; raptor · ma cilator et deuorator gregis tui · Iſte eſt eciam cui domina mea mater tua ſcienciam donauit cui hanc eccleſiam ad honorem nominis mei ſociorumq; meorum factam cōmēdauit · predi cens ei · ſi bene eam regeret · vitam intraret etnam · ſi autem male · mortē in anima et in cor pore ſortiretur · Iſte eſt miſer ille · qui admoni tus ſemel ⁊ iterum et tercio ſe corrigere noluit Et non ſolum hanc eccleſiam · ſed eciam ſe et omnia ſibi cōmiſſa prophanando ad nichilum redegit · ymmo ſponſas tuas ſemper et vbiq; turpiter et temere violauit · Ergo iudica de eo iudex eq̄ſſie · Hijs auditis dn̄s preſidēs ī iu dicio ſanctoſq; reſpiciēs dixit Quid vobis vi det̄ de iſto epiſcopo Pugil autē ille ſupra dic t9 voce magna clamauit dicēs · ſie9 ē mortis Iudex vero ⁊ oēs ſancti q̄ aderāt ī vnū cōuene rūt ⁊ q̄le gen9 mortis ipſe ſuſcipe deberet ītra ſe tractauerūt tūc iudex ait caput amittē me ruit q̄ ſic capite tēp9 cōſuēdo ī ſordib9 cōputait

Quo dicto pugil ↄfeſtim precepit vdoni vt
ceruicem tenderet · Quod cum vdo feciſſet et
pugil gladium ad ictum leuaſſet quidam cla
mauit dicens · Contine manum tuam donec
reliquie ab eo auferantur · Tunc quidam cum
calice coram vdone ſtans donec pugil miſerri
mi hominis collum cum pugno multis vicibus
valde percuſſiſſet Et ecce poſt quelibet pul
ſum hoſtia polluta per os epiſcopi exiens ī ca
licem corruit Quas omnes regina celi reuerē
ter accipiens diligentiſſime lauit et ſuper al
tare calicem poſuit · et cum turba decenter ſe ī
clinans abijt et receſſit · Poſt hoc miſerabilē
vdonem pugil ſepedictus aggrediens decolla
uit · Sicq; tota illa ↄgregacio ſanctorū diſpa
ruit Canonicus autem Fredericus ſupradictus
homo iuſtus q̄ hec vidit manifeſte nō ī ſomp
nis ſed apertis oculis · ſtupens et tremens · ⁊
lumen in cripta reperiens · omnes lampades
eccleſie reaccendit · Cūq; adhuc de facto dubi
us ⁊ anxius ſecum miraretur tandem reſumpta
audacia ad locum iudicij paululum acceſſit
viditq; calicem cum hoſtijs in altari · et caput
vdonis a trunco corporis proiectum · necnon
pauimentum ſanguinne madefactum · Tunc
exclamare poterat et dicē O triſte ſpectaculū ·

o grande miraculum. o tremendum dei iudiciū
O q̄ꝫ horrendum eſt incidere in manus dei vi
uentis Quia quos diu vt conuertātur tollerat
non ꝯuerſos durius dampnat. Poſt hec om
nes eccleſie ianuas obſerauit. et nullum omni
no īgredi permiſit donec ſole iam orto omnes
clericos et laycos ꝯuocaret. Tunc ianuas reſe
rans ſeuiſſimam dei vlcionem vdonem ſcilicet
epiſcopum in ſuo ſanguine madefactum omni
bus oſtendit ⁊ cuncta que viderat et audierat
per ordinē recitauit. Eodē vero die q̄dā ex ca
pellanis eiꝰ noīe bruno cū legacōꝫ ſibi ꝯmiſſā
peregiſſꝫ. partinopoli q̄d eſt medēburg cōti
nuo famulꝰ lōge ſeprecedētibꝰ ſtuduit remeāe
Interim ḡui oppreſſꝰ ſompno. arborē q̄ndā
vmbroſā vidit. et de equo deſcēdens et frenū
forciꝰ ad brachiū alligans. ibidē paululū req̄
euit. Et ecce niger globus ſpirituū immūdoꝝ
cum tubis ⁊ tympanis cū gladijs ⁊ fuſtibꝰ cū
lāceis et ſecuribꝰ ad eūdē locū ḡdu cōcito ꝓpe
rabat. Cūqꝫ oēs cōueniſſēt. vnū ex eis q̄ pri
ceps videbaꝶ. qꝛ erat ſtatura ꝓcerioꝛ et vultu
terribilioꝛ ſolium ꝯſtruēs deſup ſedē fecerūt
Nec mora Alter cuneꝰ ḡndis clamās. cachin
nans et tripudians eminus apparuit De q̊ q̄
dā velocōēs aq̄lis preceſſerūt ⁊ fortiꝰ clarūt

Date locum date locum · Ecce vdo princeps
noſter cariſſimus appropinquat Statim dic
ti ſatellites ſathane miſeram vdonis animam
in effigie corporali · Cathena ignea ad collū
eius conſtricta ad ſuum principē perduxerūt
Cui ſathan protinus aſſurrexit · ſalutās eū
verbis pacificis in dolo · Bene inquit veniſti
o princeps· fautor et dilatator regni noſtri Ec
ce paratiſſimus ſum tibi ⁊ omnibus amicis noſ
tris fidelibus reddere talionē · Cumq; vdo ob
muteſceret·ſathan aſſiſtentibus ait · Fatiga
tus ē iſte dilectus noſter huc veniendo et ideo
placet nobis vt conſoletur· Date ergo ei man
ducare · Illo autem tremente et caput avertē
te·crudeles miniſtri ori eius bufones ⁊ ſerpē
tes violenter impreſſerunt·et liquorē ſulphu
reum poſtmodum infuderunt· Adhuc illo non
loquente ſathan precepit dicens · Ad balneū
principum deducatur et recreatus poſt horā
ilico reducatur · Erat autem ibi nō procul pu
teus cooperculum habens · Quo ablato flam
ma vorax ad celū vſq; erūpebat· que non ſolū
arbores· montes et lapides · ymmo eciā aquā
iuxta manantem velut ſtipulam conſumebat
In quam illam infelicis vdonis animam preci
pitarunt Et poſtmodum extrahentes ī modū

ferri cadentis totam igneam ſuo principi detu
lerunt. Qui ſubridens dixit Nonne balneū
ſuaue habuiſti o princeps. Tunc vdo ſe omni
no dampnatum videns cepit blaſphemare et
dicere. Maledictus ſathan tu et omnis fami
lia tua omniſq; ſuggeſtio tua et omne imperi
um tuū. Maledict9 deus qui me creauit male
dicta terra q̄ me portauit maledicti parentes
qui me genuerunt. et maledicta omnis crea
tura in celo et in terra. Tunc demones vna cū
principe ſuo ceperunt manibus plaudere et
dicere. Vere dignus eſt iſte manere nobiſcum
quia bene ſcit optimum officium. Mittatur er
go nunc ad principalem ſcolam dampnatoꝝ
vt videat audiat ſenciat et addiſcat et ampli
us non exeat in ſecula ſeculorum. Vix verba ſi
nierat et ecce vnanimiter in odioſam illam ir
ruerunt creaturam. eamq; tam impetuoſe in
tartareum illud baratrum iactando immerſe
runt ac ſi celum et terra et omnes montes hu
ius mundi ↄquaſſarentur. Capellanus autem
ille ſupradictus hec omina in ſompnis videns
et audiens timuit vehementer. Tunc prin
ceps tenebrarum. digito eū oſtēdens dixit Vi
dete ne effugiat cleric9 ille q̄ nos aſpicit q̄ ſp
ectatit maliciaꝝ ſuaꝝ coopat̄ ↄ̄ci9 ⁊ defēſor

Ergo ſicut fuit fautor culpe · ſic ſit ⁊ p̄nceps
dicte pene · Ideo in illum puteum ad ſuum do
minum mittatur · Quo dicto cum demones eũ
capere vellent et ipſe fugere conaretur · repen
te a ſompno exiliens euigilauit · ſicqꝫ equus
territus tam diu hincinde ſaltabat miſerum
trahens hominem donec a ſua iunctura eius
brachium penitus ſoluebat̃ · Difficulter tādē
equum aſcendēs partinopolim venit · Et mox
vt dominum ſuum mortuum eſſe cognouit · vi
ſionem viſioni · terrorem terrori · iudicium iu
dicio · prodigium prodigio cumulauit · et om
nia que ſibi acciderant · que viderat ⁊ audierat
patefecit · oſtendens eciam a ſuo equo brachi
um auulſum et repentinam caniciem in argu
mentum veritatis · Ciues autem videntes hoc
horribile et inſolitum iudicium vehementer ti
muerunt · et cadauer ignobile procul ab vrbe
in paludem proiecerunt · Quod beſtie inferna
les cum plauſibus et luſibus protinus excepe
runt · ⁊ huc illucqꝫ trahendo · morſibus diſcerp
ſerunt et ruricolas iuxta habitantes varijs ī
iurijs multociens affecerunt · Tandem inito
conſilio illud maledictũ corpus de palude tra
hentes combuſſerunt et puluerem in fluuium al
bam proiecerunt · Mira res · Tunc omnes vt

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

ferē piſces ſuum gurgitem relinquentes occe anum adierunt. donec letanijs oracionibus et penitencijs placatus iam dominus poſt decē nium vix tandem redierūt Hui9 horrendi pro digij memoriam ingerit oculis cruor vdonis in ipſius decollacione effuſus ſuper pauimen tum marmoreū candidum poſitus. qui tam vi ſibiliter adheret pauimento vt de eſſencia marmoris quodammodo videatur. Super lo cum autem illū vbi decollacio facta eſt. ſemp proſternuntur tapecia. Et quando ſuper elec tos. Te deum laudam9 iuxta morem canitur tolluntur. et ibi ad oraciones proſternuntur vt videntes ſibi caueant. ne forte pergant ſi cut ille A domino vero factum eſt iſtud. ad ter rorem vtiqꝫ epiſcoporum eccleſiarum et om nium inutilium prelatorum vt audientes con tremiſcant diuine maieſtatis terribile iudici um et ihesu criſti ſeuiſſimam vlcionem

Explicit miſerabilis vita vdonis epiſcopi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

[illegible] כמוציין דין: ויירדו אחי יוסף· ולמה שהיו מתחרטין במכירתו ונתנו לבם
[illegible] באחוה· לפדותו בכל ממון שיפסקו עליהם· עשרה· מה ת"ל· והלא כבר נאמר [illegible]
[illegible]· ולא לעניין האחוה הזו חלוקים לשנאה· לא היו כולם [illegible] ושנאת כולם שוה [illegible]
לשבר בר כולם לב אחד [illegible]
[illegible] בשעת סכנה: בתוך הבאים· מטמינים עצמן שלא ישלוט בהם עין הרע לפי שציוה
שלא יתראו [illegible] עין רעה· שכולם טובים וכולם גבורים: וישתחוו לו אפים·
[illegible] על [illegible] השתחואה פשוט ידים ורגלים הוא: ויתנכר אליהם· כנכרי בדבריו
לדבר קשות: ויכר יוסף· לפי שהניחם חתומי זקן· והם לא הכירוהו שיצא מאצלם בלא חתימה
[illegible]· ויכר יוסף את אחיו· כשנמסרו בידו הכיר שהם אחיו· והם לא הכירוהו כשנפל
[illegible]: אשר חלם להם עליהם· וידע שנתקיימו שהשתחוו לו: ערות הארץ
הארץ· מהיכן היא נוחה ליכבש· כמו את מקורה הערה· וכמו ערום ועריה· וכן כל ערוה
[illegible] לשון גילוי: לא אדני· לא תאמר כן· והרי עבדיך באו לשבר אוכל: כלנו בני איש אחד
[illegible] רוח הקודש וכללוהו עמהם שאף הוא בן אביהם: כנים אנחנו· אמתיים· כמו כן [illegible] כן
[illegible]· כי ערות הארץ באתם לראות· שנכנסתם בעשרה שערי העיר· למה
[illegible] בשער אחד: ויאמרו שנים עשר אחים [illegible]· ובשביל אחד שאינו [illegible]
[illegible]: הוא אשר דברתי· אליכם· הדבר אשר דברתי שאתם מרגלים הוא האמת והנכון· זה
פשוטו· ומדרשו· אמר להם ואילו מצאתם אותו ויפסקו עליכם ממון הרבה [illegible]· אמרו לו הן·
[illegible] שלא יחזירוהו בשום ממון מה תעשו· אמרו לו לכך באנו להרוג או
[illegible]· הוא אשר דברתי· להרוג בני העיר באתם· מנחש אני בגביע שלי ששנים
[illegible] כרך גדול של שכם: חי פרעה· אם יחיה פרעה· כשהיה נשבע לשקר היה נשבע
[illegible] לפיכך [illegible]
[illegible] חי פרעה מרגלים אתם: [illegible]
[illegible] עכשיו: [illegible] שבר רעבון בתיכם: [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] כי שומע יוסף· מבין לשונם [illegible] כי המליץ [illegible]
לשון עברית ולשון מצרית והיה מליץ דבריהם ליוסף ודברי יוסף להם· לכך היו [illegible]
לשון עברית· המליץ זה מנשה· ויסב מעליהם· נתרחק מעליהם שלא יראוהו בוכה: ויבך לפי
[illegible]: את שמעון· הוא השליכו לבור· הוא שאמר ללוי הנה בעל החלומות הלזה בא:
[illegible] להפרידו מלוי· שמא יתיעצו [illegible]: ויאסר אותו לעיניהם· לא
[illegible] וכיון שיצאו הוציאו והאכילו והשקהו: ויפתח האחד· הוא לוי שנשאר יחידי·
[illegible] במלון· [illegible] מה זאת עשה לנו אלהים [illegible]
[illegible]
[illegible] צרור כספו· קשר כספו: שכלתם· כל מי שבניו אבודים קרוי שכול: לא ירד בני עמכם· לא
[illegible] של ראובן· אמר בכור שוטה הוא זה· הוא אומר להמית את בניו וכי בניו הם ולא בני· יהודה
[illegible] להם המתינו לזקן עד שתכלה פת מן הבית: כאשר כלו· [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

[illegible]

הפלת ויהי מקץ

[illegible]

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ital. Gesch. 96

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf